tutor, quia tunc exponitur, id eſt, curator ex optima ratione differentiæ, de qua per Bartol. & ceteros, *in dict. l. tutores. §. 1. ff. de adminiſtratione tutorum.* tutela namque quia maior eſt, comprehendit curam, non è converſo, *juxta prædicta DD.* ſic conciliantes dictum, §. *conditionum verba, & dict. leg. tutores, qui, & §. curator, ff. de adminiſtratione tuto.* qui alias videbantur contrarii, quæ eſt receptior reconciliatio *ſecundum Caldam, ubi ſupra, num. 67.* ubi aliis reiectis aliam ſuam novam concordiam aſſignat, eamque late probat. Eandem communem declarationem ſequitur, & probat Baeca *dict. capite tertio, numer. 26. & ante eos Jaſon in dicta lege ſi quis in fundi vocabulo, num. 46. poſt alios, quos citat & voluit in ſimili ſpecie præfata deciſio Pedemontan. 89. num. quinto,* ibi, *& ideo ſi judex.* Et ita eſt tenendum cum communi, tametſi Spino. ubi ſupra velit & teneat contrarium, *ut infra dicemus.*

159 Merito † igitur in caſu dictæ legis *pater Severinam, §. conditonum verba, ff. de conditione, & demonſtrat.* conditio fideicommiſſi, ſcilicet, ſi tutelam in annum vigeſimum octavum geſſerint, defeciſſe non videtur, ſi tutores in teſtamento dati id egerint, ut curatores ipſi conſtituerentur, adveniente pueri adoleſcentia: quoniam verba illa, *ſi tutelam in annum decimum octavum geſſerint*, recte verificantur in cura poſt pupillarem ætatem uſque ad decimum octavum annum ex mente teſtatoris proferendo dicta verba, *ex quibus ejus de hoc voluntas colligitur:* & uterque, *tam tutor. quam curator*, tutor recte dicitur, quia tutores appellantur, quaſi *tuitores*, atq; defenſores, quod etiam comprobatur ex noſtra lege Regia *duodecima, titulo decimo ſexto, partita ſexta*, in verſiculo, *el aguarda &c.* recte expenſa, *en quanto al tutor, y al curator, llama guardadores de los menores, el uno haſta cumplir la edad pupillar, y el otro deſde que ſe cumple aquella edad haſta que el huerfano ſea de edad. de veyticinco annos.* Et quamvis deciſio dict. §. *conditionum verba*, videatur fundata in veriſimili mente diſponentis, ut prædiximus, quaſi verba omnino repugnarent, ut talis interpretatio admitteretur, præcipue cum lex 12. tabularum loquatur tantum in tutela & tutore, nihilominus ubicunque eadem ratio militaret, idem in utroque dicendum eſt, ut in regula, quam ſupra conſtituimus, & præcipue, ubi mens diſponentis concurrit.

Contraria igitur opinio Spini, *ubi ſupra*, dum tenet, quod ſi teſtator, vel iudex dedit tutorem puberi, non valet datio, quia deficit intentio dare debentis ſecundum iuris diſpoſitionem, & actus non operatur, ultra intentionem agentis, vera quidem non eſt, tum ex proxime dictis, tum etiam, quia non deficit intentio dare debentis, & actus operatur ſecundum intentionem agentis. Magna eſt ergo differentia inter prædictos duos
160 caſus, ut videmus.

Reſoluto igitur, † quod ſi teſtator, vel iudex cum deberet dare tutorem, dedit curatorem minori, non valet talis datio, niſi iudicis confirmatio accederet, defectumque ſuppleret, ut hoc ultimum recte obſervavit Caldas *dicto n. 70. ad finem*, ſi vero dederit tutorem puberi, valet & tenet eius datio.

Verum cum vulgus promiſcue his nominibus, *tutor, y curador* utatur, appellans curatorem, eum, qui tutor eſt, & è contra, etiam in diſpoſitione hominis (ſi mens id ſuadeat) curator accipietur pro tutore, quia verba ſunt intelligenda iuxta communem uſum loquendi, & quia verba vulgariter ſcripta intelligenda ſunt iuxta linguam vulgarem, non vero iuxta vim, & proprietatem latini ſermonis, *ut notat Bartolus in lege ſi quis filiabus, ff. de teſtamentis tutorum, argumento librorum*, §. *quod ta-*
161 *men Caſſius, ff. de legatis tertio*, ubi † appellatione chartæ venit liber, quia, & in uſu plerumque ſolent libros chartas appellare, Ita in terminis tenet Bacoa *de decimis tutorum, capite tertio, num. 25.* quæ opinio benigna quidem eſt, & favorabilis, ut potius actus valeat, quam pereat, ac proinde tenenda, non tam ex vi propria ſignificationis verbi, *curator*, latine, quam ex uſu communi loquendi, probato prædicto uſu.

An † autem vitietur datio curatoris facta alicui, ut 162
furioſo, qui talis non erat, ſed prodigus, vel ut prodigo, qui erat ſurdus, vel mutus, vel huiuſmodi, & ſic erratum fuit in propriis curatorum ſpeciebus, agit Antonius Piagius *de tutor. & curator. quæſt. 8. n. 4.* ſuper cuius diſtinctionis veritate erit deliberandum, quoties caſus de facto contigerit.

SUMMARIA.

1 *Tutor honorarius datur, ut pupillus ſit magis honoratus, ejus auctoritate & protectione.*
2 *Tutor datus cauſſa notitiæ dicitur ille, qui in id præcipue datur, ut inſtruat contutores, qualitatem & naturam rerum pupillarium ignorantes.*
3 *Tutor datus cauſſa notitiæ tutor eſt, & talis appellatur, eidemque inopi alimenta debentur.*
4 *Tutor cauſſa notitiæ datus, Dux, & oculus ceterorum tutorum eſt.*
5 *Tutor datus cauſſa notitiæ in omnibus pertinentibus ad adminiſtrationem & acceſſionem, tenetur ut ceteri tutores, & periculo ſunt omnes obligati, ut in numero 6.*
7 *Tutor cauſſa notitiæ datus non debet gerere, quoniam non in hoc datur, ſed ut ceteros contutores inſtruat.*
8 *Tutori honorario, & etiam dato cauſſa notitiæ recte ſolvitur, niſi interdicta eis fuerit à prætore adminiſtratio*
9 *In Hiſpania abolevit uſus tutores cauſſa notitiæ datos.*

CAPVT XVII.

De tutore honorario, & de cauſſa notitiæ dato.

SVPERIORIBVS capitibus de tutoribus teſtamentariis, legitimis, & dativis, diſſeruimus, nunc brevi ſermone agemus, de tutore honorario, & de tutore cauſſa notitiæ dato, ne de tutela agentes notitiam eorum ignoremus.

Dicitur † autem tutor honorarius, qui datur, ut pu- 1
pillus ſit magis honoratus eius auctoritate, & protectione, puta ſi quis plebeus, magnatem aliquem, vel antiſtitem, aut inſignem rempublicam tutorem, vel tutricem filio reliquit, quo filius magis ab omnibus coleretur, ut legitur quendam feciſſe, qui filio Florentinam rempublicam tutricem reliquit, Ita docet gloſſa *in lege jure noſtro 26. §. gloſſa 1. ff. de teſtament. tutor.* dicens, *honorarius* dicitur, quia honor eſt ei, cui datur, ſi alicuius dignitatis ſit, cui datur, *& ibi Dynus, Baldus, Alberic. & Raph. Comen. gloſſ. etiam in lege, quod ſi forte, 14. §. ſunt quidem, verbo, honorarii, ff. de ſolut. & ibi notant Bartol. Paul. & Angel. & cum eis Baeça de decim. tutor. capit. 6. num. 2.* ubi etiam arbitratur honorarium tutorem dici, qui proprii honoris cauſſa datur, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

Circa tutorem † cauſſa notitiæ datum, ſciendum eſt, 2
quod inter tutores quidam dantur, ut gerant, quidam vero dantur cauſſa notitiæ, *dict. leg. quod ſi forte*, §. *ſunt quidam, ff. de ſolut.* de illis dictum eſt ſupra, & infra amplius dicemus. Tutor autem datus cauſſa notitiæ dicitur ille, qui in id præcipue datur, ut inſtruat contutores qualitatem, & naturam rerum pupillarium ignorantes, multum enim in adminiſtratione præcellit, qui rerum ſitus, regionis naturam, temporis opportunitatẽ noſcit: ex mutatione enim regionis, mira ſuccedit rerum varietas, ut inquit Baeca *dicto cap. 6. n. vigeſimo.*

Deinde † tutor datus cauſſa notitiæ tutor eſt, & talis 3
appellatur, eidemque inopi aliter ſe exhibere impotenti alimenta debentur ex bonis pupilli, *lege prima, §. ſi pupillis, ff. de tutelis, & ratio. diſtrah. ibi, ergo ſi ex inquiſitione propter rei notitiam fuerit datus tutor, eique alimenta ſtatuerint contutores, debebit eorum ratio haberi*, quia iuſta cauſſa eſt præſtandi, ſcilicet, quia aliter ſe exhibere non poterat, *ut in principio illius*, §. & non ſolum tutor eſt, verum etiam Dux, & oculus ceterorum tutorum, *ut recte ſcripſit Odofredus in leg. prima, C. de pericul. tutor. prout eum refert, & ſequitur Baeça dicto capit. 6. numero vigeſimo primo.*

5 Tutor † etiam datus cauſſa notitiæ in omnibus pertinentibus ad adminiſtrationem, & acceſſionem tenetur, ſicut ceteri tutores, *l. quæro. §. idem Paulus, ff. de teſtamentario tutore*, ubi inquit textus, *idem Paulus reſpondit*, eum quoque, qui propter rerum notitiam tutor datus eſt, proinde in omnibus, & adminiſtrationis & acceſſionis, iure conveniri poſſe, atque ceteros tutores, qui eodem teſtamento dati ſunt, per quem textum notant ibi ſecundum alteram lectionem Dyn. Bartol. & Cuman. quod tutor notitiæ cauſſa datus, tenetur de acceſſione, & quod ſi non gerat, obligatur, & ceſſationis pœnas dat, *ut refert, & ſequitur Baeça dict. capit. 6. numero 24.*

6 Eſt † etiam optimus textus, in propoſito *in leg. 1. C. de pericu. tut.* cuius verba ſunt hæc, *& qui notitiæ cauſſa liberti tutores dantur, quamvis ſoli adminiſtrandorum negotiorum pupillorum, ſive adultorum facultatem interdũ non accipiant, propter tenuitatem ſui patrimonii, periculo tamen omnes ſunt obligati, ſive ea, quæ ſcire debent ex utilitate eorum tutores, ſive curatores diſſimulaverunt. ſive fraudem aliquam adhibuerunt, vel cum aliis participaverunt, aut cum ſuſpectos facere deberent, vel in officio*
7 *muneris, vel debito obſequio ceſſaverunt*, ubi † notant Odofred. Barto. Bald. & Salycet. tutorem notitiæ cauſſa datum non debere gerere, quoniam non in hoc datur, ut gerat, ſed ut contutores inſtruat, quod etiam refert, & ſequitur Baeca, *dict. capit. 6. numero vigeſimoquinto.* Neque his obſtat text. *in dicta lege, quæro, §. idem Paulus, ff. de teſtamen. tutor.* dum probat, tutorem cauſſa notitiæ datum poſſe conveniri perinde in omnibus, & adminiſtrationis, & acceſſionis iure, atq; ceteros tutores, qui debet intelligi de adminiſtratione naturæ ſuæ congruenti, inſtruendo diligenter bona fide contutores, & in faciendo ſuſpectum eum, qui ex dolo, vel negligentia dignus eſt, ut removeatur, *ut in dict. l. 1. C. de peric. tut. ita Baeça ubi ſupra, n. 29.*

8 Tutori autem † honorario, & etiam dato cauſſa notitiæ, recte ſolvitur, quia ad eos pertinet periculum, niſi interdicta eis fuerit à prætore adminiſtratio, quia tunc non recte eis ſolvitur, *tex. in leg. quod ſi forte, §. 1. ff. de ſolut.*

An autem tutori honoratio, & cauſſa notitiæ dato debeatur, & ſolvenda ſit decima fructuum, & redditu um bonorum minoris, infra ſuo loco agemus, *in tertia parte, cap. 9.*

9 Sed † quia in Hiſpania hic uſus tutoris cauſſa notitiæ dati abolevit, cum ſemper tutores dentur, ut adminiſtrent indiſtincte, hæc pauca de eo dicta ſufficiant.

SUMMARIA.

1 *Regis tutela, vel cura, quo tempore finiatur? & num. ſequentibus.*
2 *Scientia, & maturitas conſilii deſideratur, jure quodam naturali, & divino ad exercendam juriſdictionem, & imperii poteſtatem.*
3 *Minor 25. ann. ad reipublicæ adminiſtrationem non eſt admittendus.*
4 *Rex pubes omnia poteſt, quæ alias major 25. ann. ſecundum opinionem Jo. de Imol. ſed non eſt vera.*
5 *Rex pubes poteſt exercere ea, quæ ſunt juriſdictionis, non vero regnum adminiſtrare ſine curatore, ſecund. Bart. ſed reprobatur quoque hæc opinio.*
6 *Rex minor, vere titulum regni, & Regiam juriſdictionem habet, non tamen actualem adminiſtrationem, neque exercitium juriſdictionis.*
7 *Regis tutela finitur ejus pubertate, ita quod non ſi ei dandus curator, ſive regens, aut alius quocunque nomine loco Regis adminiſtrator, non tamen debet ſolus de per ſe, proprio motu, & conſilio adminiſtrare, ſed per ſe, & nomine ſuo cum conſilio, & directione delectorũ prudentum, & fidelium virorum, & hæc ſententia verior eſt, & n. 9. cum ſequentibus, ad quos ſpectet horum aſſiſtentium electio, & n. 14. limitatur in primogenito Regis captivi, vel mentis impotis, ut hic.*
8 *Rex Franciæ minor adminiſtrationem regni ſuſcipere debet, cum decimum quartum annum agit, lege lata in illo regno per Carolum quintum Francorum Regem, ann. 1377.*
10 *A populo in Regem fuit translatum imperium.*
11 *Regis nova electio fieri debet per proceres & ſtatus regni deficientibus omnibus ſanguinis Regii.*
12 *Regnorum adminiſtratio & regimen decedente Rege cum filio minore, committendum eſſe proximiori ſucceſſori in regno, nec electioni tunc locum eſſe, ſunt qui autument, & num. 14. opinio auctoris ponitur.*
13 *Filius primogenitus Regis captivi, vel mentis impotis ſi ſit idoneæ ætatis, poteſt regni regimen ſuſcipere, etiam proprio, & prærogato jure: imo poſſet pater adhuc vivens filium ſibi regni coadjutorem aſſumere, & in vita coronare, ut in num. 15.*
16 *L. 3. tit. 15. partit. 2. diſpoſitio procedit & ſi Regina prægnans remaneat.*
17 *Rex ſicut quilibet privatus poteſt filio ſuo tutores relinquere, & nominare non ſolum inſtrumento, vel Epiſtola, ſed etiam verbo, nec eſt opus tunc alia judicis inquiſitione, ſeu confirmatione, ut in num. 18. differentiaque in hac ſpecie, inter Regem, & privatum conſtituatur, num. 19.*
20 *Tutores Regi impuberi, deficiente patris judicio, qui eligant.*
21 *Tutorum Regis qualitates.*
22 *Tutores Regii quot eſſe debeant?*
23 *Tutores Regis quid jurare debent?*
24 *Regi furenti tutor dari debet, ſicut Regi impuberi.*
25 *Tutela, & adminiſtratio Regis minoris maſculi, & regni jure regio durat uſq; ad vigeſimum ætatis ſuæ annum completum, & in fœmina donec nupſerit.*
26 *Rex minor maſculus poſtquam fuerit ætatis 20. ann. poterit per ſe ſine tutore, & curatore exercere juriſdictionem, atq; regni adminiſtrationem ſumere.*
27 *L. regia 3. tit. 15. partit. 2. diſpoſitio de tutela Regis anno ſuæ ætatis vigeſimo finienda loquens probanda eſt, cum aliter per proceres regni non ſtatuitur in caſu occurrenti, & Rex pubes cũ eis aliud nollet, nempe, ut completo 14. ætatis ſuæ anno ſuſciperet adminiſtrationem regni, & ſic quod ultra illud tempus non daret tutela, & quid in aliis dominis inferioribus, numero 20. remiſſive.*
28 *L. 3. tit. 15. partit. 2. contraria conſuetudine hujus regni eſt ſublata, ut hic.*
30 *Tutela Reginæ finitur pubertate, non vero per ejus matrimonium.*
31 *Regina matrimonium contrahente, an ejus maritus Rex adminiſtret per ſe ſolum regnum, an vero ipſa de conſilio viri, & ſic uterq; hoc eligitur, nu. 32. idem in Duciſſa, Comitiſſa, & Marchioniſſa, ut in nu. 33.*
34 *Fœmina non poteſt eſſe judex, niſi ſit Regina, vel alia domina heres alicujus dominii.*
35 *Regina effecta furioſa, & mente capta, quæ jã erat nupta, ſi aliter*

ſi aliter pocreribus regni, & procuratoribus civitatum non placuerit, probanda eſt circa ejus tutelam, & curam diſpoſitio d.l.3.tit.15.partit.2.

36 *Matrimonium contrahens cum Regina vocari poteſt Rex, licet ab ſtirpe Regia non deſcendat, & n.39.*

37 *Fœmina ſuccedit in regno deficiente maſculo ejuſdem gradus: & ſic fuit ſemper obſervatum, atque uſitatum in his regnis Caſtellæ, quod & in aliis majoratib. obſervatur, ut in n.38.*

39 *Regina nobilitat maritum etiam ex progenie Regia non provenientem, & etiamſi nubat duci, vel comiti dicetur Regina, idem in duciſſa nubente alicui militi ſimplici, nam dicetur duciſſa, ſi tamen dignitas mariti ſit major, tunc uti poterit ea*

40 *Vir ſeu maritus Duciſſæ, Comitiſſæ, vel Marchioniſſæ, an ſit Dux, Comes, vel Marchio?*

41 *Tutorum Regis facta electione, & præſtito ab eis juramento juxta formam l. Regia partit.* deven meter al Rey en ſu guarda, &c. *ut hic.*

42 *Tutela Regis, an ſit decernenda, & per quos.*

43 *Mater Regis debet eſſe primus, & major tutor, non relictis eidem aliis tutoribus à Rege mortuo ejus patre, & hoc donec non nupſerit, & cum ipſo ſtare velit.*

44 *Mater Regis, & ceteri ejus tutores electi juxta formam l. Regiæ, an debeant fidejuſſores præſtare?*

45 *Pœna ſubditorum nolentium tutoribus Regis obedire hic deſcribitur.*

46 *Proviſiones Regiæ, & alia reſcripta juſtitiæ, ſive gratiæ, & programmata tempore tutelæ Regis quo nomine concipiantur.*

47 *Tutor Regis an leges poſſit condere?*

48 *Comitia vulgo,* las cortes, *à Romanis primum originem traxerunt: Poſtea vero tam in regno Caſtellæ, quam Luſitaniæ conſuetudo introduxit?*

CAPUT XVIII.

De tutela Regis.

QVAMVIS de tutela Regis, quo tempore duret, & finiatur, opportune agere poſcebat locus ille, *capi.* 16. præcedentis circa interpretationem *leg. 12. titul. 16. partis. 6.* de tempore, quo regulariter tutela privatorum finitur, loquentis conſtituti: attamen propter excellentiam perſonæ Regiæ, qui eſt caput, & dominus totius regni, ſeorſim, & ſigillatim hoc *cap. 18.* de tutela Regis agere decrevi.

1 In primis † iure communi hanc quæſtionem, ſacræ ſcripturæ, civiliſque, & canonici iuris argumentis diſſeruit Oldradus *conſilio 52. quæſtio eſt talis, per totum*, ubi & ſi aperte non exprimat, quid ſentiat, in partem tamen negativam ſimpliciter inclinat, videlicet, quod tutela, vel cura Regis non finiatur pubertate, ſive in 14. anno; ſed quod ei etiam invito dandus ſit curator uſque ad 25. annum, & quod nedum iuriſdictionem, ſed nec reliquam bonorum iurium, & negotiorum regni adminiſtrationem per ſe exercere habeat, niſi poſt 25. annum completum, & loquitur Oldradus ibi de Rege Legionis, & Caſtellæ: non tamen generaliter de alio quocunque Rege, quamvis eius diſputatio generalis ſit ad omnem Regem, ad quem, vel infantem forte etiam in utero exſiſtentem, regnum ex ſucceſſione deferri poteſt, *ut ex leg. Gotorum deduxit Doctor Molin. libro primo. de Hiſpan. primogen. capit. 2. n. 13. & fuit ſententia Oldradi ubi ſupra*, & paſſim noſtri auctores intrepide affirmant, & quampluribus chronicis generalibus Hiſpaniæ, Franciæ & Sabaudiæ comprobat curioſe Caldas *in repet. l. ſi curatorem habens, ſuper verb. hunc contractum ſervari, num. 45. C. de integr. reſtit. minor. quæ repetitio eſt inter tractatus diverſor. de reſtitut minor. ſecunda parte, pag. 1041. & 1042.*

Sententiam igitur principalem Oldrad. *ubi ſupra*, quod ſcilicet tutela, vel cura Regis non finiatur pubertate, ſed quod ei etiam invito dandus ſit curator uſque ad 25. annum, &c. tenent quamplurimi auctores, nempe, Alberic. *in rubric. C. quando tutor. vel curator. eſſe deſin.* & Ioann. Andreas, *in addit. ad Specul. de tutor. in prima addit.* Bartol. *& in l. quidam conſulebant, colum. fin. quæſtio. penultim. ff. de re jud.* & alii relati per Anton. Gomez *in l. 40. Taur. n. 8.* qui eam ſequitur, *& in tertio tomo, Variar. ſolut. c. 1. de delict. nu. 56.* Tiraquell. *de primogen. quæſtio. 40. num. 207.* & Caſtald. *de Imperat. quæſtio. 73. n. 25.* ubi alios citat, & Sylveſt. *in §. item inviti, Inſtit. de curat.* & noviſſime Pelaez. de Maiorat. *2. part. quæſt. 6. num. tertio*, ubi id veriſſimum arbitratur, & inquit Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. prima parte, §. 29. num. 7.* quod hanc opinionem eligeret, ſi eſſet eligendum inter eam & aliam ſimpliciter appoſitam Imolæ & aliorum, de qua ſtatim agemus. Verum ipſe [redacted] aliam & tertiam probat, ut poſtea videbimus, & plures alios auctores huius primæ ſententiæ citat Baeca *de decim. tut. capit. 9. numero 29. verſicul. an autem Rex*, ex quorum relatione & ex Guilielm. Benedict. *in capit. Raynutius, verbo, adjectæ impuberi, de teſtamen.* conſtat, hanc eſſe communem ſcribentium ſententiam, *teſte Caldas ubi ſupra, numero 47. verſicul. quocirca pagin. 1044.* ubi etiam alios citat, & inquit, quod ita obſervavit Theobaldus 2. Rex Navarræ, qui pubes ſub materna cura regnare maluit. *ut tradit in Annalibus Garibay, libros 25. capit. 5.* & quod idem fecit Alphonſ. cognomento Caſtus Rex Aragoniæ, *ut refert idem Garibay, libr. 32, ca. 3. colum. 2.*

Et huius ſententiæ † ratio ea eſt, quia ad exercendam 2
iuriſdictionem, imperii poteſtatem in ſubditos, iure quodam naturali & divino, ſcientia & maturitas conſilii deſideratur & mentis, *ut adnotavit Molin. ubi ſupr. num. 6. ex Ariſtot. in quinto Politic. & Exodi, capit. 18. ibi, de omni populo, ſeu plebe, viros ſapientes, &c.* Et ideo in cap. *inde eorum, de ætat. & qualitat.* ſcriptum eſt, † ad 3
reipublicæ adminiſtrationem minores 25. annis non eſſe admittendos, *l. ad rempublicam, ff. de muner. & hon. l. ſpuriis, § minores, ff. de decur.* Præſumtio enim eſt naturalis contra minores, ut non ſciat bene regere & gubernare, & ideo ſcriptum eſt, nemo iuvenes elegit duces, quia conſtat eos non eſſe prudentes. Præterea Sapientiſſimus Salomon, licet tria dicat ſibi eſſe difficilia, fatetur tamen quartum penitus ignorare ſcilicet, viam iuvenis in adoleſcentia: & Dominus comminans ſupplicium perverſis regionibus ait: *dabo pueros Principes eorum.* Eſaiæ tertio, & alibi habetur, *væ terra cuius Rex puer eſt* Eccleſ. cap. 20. & probat latius hanc ſententiam, Caldas *ubi ſupra.*

Altera, † & ſecunda opinio fuit Ioannis de Imol. *in* 4
capit. grandi, de ſupplenda negligentia prælat. lib. 6. tenentis, quod Rex pubes omnia poſſit, quæ alias minor 25. annis, ex quo iure proprio ſuccedit in regno & dignitate. Et cum hac opinione tranſeunt ibi Dominic. à Sancto Gemin. *n. 13. Francus & Probus ante nu. 12. Menchac. de ſucceſſion. creat. §. 1. num. 13.* & comprobat late Caldas, *ubi ſupra, num. 46. pagin. 1042.* Sed hæc opinio & periculoſa & irrationabilis eſt, atque falſa, *ſecundum Carol. Molin. ubi ſupra dict. n. 6.*

Tertia † fuit opinio Bartol. *in l. quidam conſulebant,*
nu. 13. ff. de judic. diſtinguentis inter ea, quæ ſunt ſimpli- 5
cis iuriſdictionis, ut ea ſtatim à pubertate poſſit, quaſi tranſmittens regnum in minorem, videatur dare iuriſdictionem minori: & interea, quæ concernunt adminiſtrationem regni, ut hæc non poſſit exercere ſine curatore. Quam ſententiam ſequitur Abb. *in capit. cum*

vi-

viceſimum, in fine prima columna, de officio, & poteſt. jud. deleg. Corſetus in tractat. de excellentia & poteſt. reg. quæſt. 16. & Iacob. de ſanct. Greg. in inveſti. in verſic. quid ſit Rex, & latè Guilielm. Benedict. ubi ſupra n. 52. Sed hanc diſtinctionem reprobat quoque Carol. Molin. *ubi ſupra*, quia etiam in adminiſtratione ſimplicis iuriſdictionis, & in iudicando requiritur ſcientia, & maturitas mentis & conſilii, non ſolum iure poſitivo, cui in quantum tale eſt, non ſubſunt Reges & regna, ſed etiam iure naturali & Divino, ut perſpicuum eſt cuilibet ratione utenti, & ſatis patet apud Ariſtot. *ubi ſupra*, & Exod. *d. ca. 18. in verbis ſupra relatis.*

Neque obſtat, quod tranſmittens regnum in minorem, videatur etiam ei dare iuriſdictionem, quia hoc verum eſt, quantum ad proprietatem, ius & dominium ipſius iuriſdictionis, ſive proprius & verius loquendo, quantum ad ipſum titulum regni & Regiæ iuriſdictio-
6 onis, non autem quantum † ad ipſam actualem adminiſtrationem & exercitium iuriſdictionis: hæc enim duo inter ſe valde differunt: regnum namque, ducatus & comitatus, iuriſdictioque ei adhærens, quantum ad ipſum ius, proprietatem & titulum, poteſt vere competere nedum infanti, ſed etiam exiſtenti in utero nondum nato, *ut per Bald. & alios in l. final. in fin. C. de teſt. mil. & diximus ſupra in princip. hujus capit.* & mulieri, & infanti, *ſecundum Bald. in l. 1. colum. 1. verſic. pone ergo, C. de ſecundis nuptiis*, ſed exercitium ipſius iuriſdictionis non poteſt competere infanti, nec impuberi, ut omnes fatentur, propter carentiam iudicii, quæ eſt defectus naturæ, & non poteſt à Principe ſuppleri de plenitudine poteſtatis abſolutæ, *ut per Innoc. in ca. ſciſcitatus, de reſcript. & alios.* Igitur nec puberi adhuc minori committi debet propter debilitatem iudicii, & facilitatem lubricæ ætatis, quia de iure naturali & divino requiritur in hoc maturitas iudicii.

7 Quid † tenendum? Ego cum Carol. Molineo, *ubi ſupra, numero octavo, in principio*, utilius & conſultius cenſeo, eſſe dicendum, quod tutela Regis (late ſumto vocabulo, prout in hac quæſtione etiam pro cura, accipitur) finiatur pubertate, ita quod non ſit ei dandus curator, ſive regens, aut alius quocunque nomine loco Regis adminiſtrator, ſive unus ſive plures: non tamen quod ſolus habeat per ſe proprio motu & conſilio adminiſtrare, ſed per ſe & nomine ſuo cum conſilio & directione delectorum prudentum & fidelium virorum.

8 Hinc refert † Carol. Molin. *ubi ſupra*, Carolum V. Francorum Regem anno Domini 1377. publica concione in ſupremo ſenatu habita, & in forma pragmatica legem ſtatuiſſe, quemque primogenitum Francorum Regis filium regni adminiſtrationem recipere debere, cum decimum quartum annum ageret, ne per longiorem tutelam occaſio incideret malevolis res novas excitandi: Ante tamen annum 14. licet & expedit Regem coronari & inungi, ut in veteri teſtamento Salomon in 12. anno, 3. *Regum 1.* & Ioas ſeptem annorum, 4. *Reg. 11.* & apud Francos Divus Ludovicus 9. & Carolus 8. impuberes uncti & coronati ſunt, *ſecund. Carol. Ruyn. ubi ſupra ſub d. num. 8. ad fin.* ubi *n. 9* quod non expedit tantam poteſtatem vel adminiſtrationem, in alium, vel alios, vel ut proprio & prærogato quodam iure transferri, propter magna inconvenientia, quæ inde oriri poſſent, pro ut innumera ex hiſtoriis depromi poſſent. Quæ verba eiuſque auctorem refert Greg. Lop. *in l. 3. gloſſa, de veynte anno: tit. 15. part. 6.* & D. Azeved, *in l. 1. n. 8. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.* & ante eos gl. *in prag. ſanctione in proœmio, §. inſcrutabilis, verb. ſuſceptione folio 8.* ubi additio *ſub ſigno 4.* inquit, hanc eſſe Pauli ſententiam *c. 4. ad Galat.* hanc etiam Carol. Moli. ſententiam ſequitur Caldas *ubi ſupra n. 47. verſ. quod ſi quis pag. 1044. col. 2. in prin.*

Dubitari † tamen iure poterit, ad quem ſpectet ho- 9
rum aſſiſtentium electio? in quo Caldas *ubi ſupra n. 48. uſque in fin.* plures opiniones diverſas refert.

Vna eſt eorum, qui putant ad eos, qui ſunt à conſiliis Regis pertinere, qui regno & imperio præſunt, *argum. l. hereditas 34. ff. de acquir. rer. domin. Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 18. Anton. Gom. cap. 1. delict. nu. 57.*

Alii opinantur, † eiuſmodi electionem pertinere ad
populum, eiuſque procuratores in publicis commerci- 10
is congregatos; quia à populo in Regem fuit translatum imperium *ut per gloſſ. in capit. Moyſes. & capit. ſi ergo 39. diſtinctio. & in cap. legimus, eadem diſtinct.* & habetur Regum 11. & 14. populum ſibi regem feciſſe, *& tradit Ioann. à Terra Rube. libro primo, ſui tractat. articulo primo. concluſio. final.* Quamobrem, cum in reipublicæ utilitatem fuerit translatum imperium in Regem, utique per minorem regentem conſervari non poteſt, *ita Guilielm. Benedict. in dict. cap. Raynutius, verbo adjectæ impuberi, n. 25. de teſtamen. Ioann. à Terra Rube. libr. 1. artic. final. & lib. 2. artic. 1. concluſ. 16. Burgenſ. in ſua hiſtor. reg. Hiſpan. c. 29.* dicens ita fuiſſe obſervatum tempore Regis Ioannis 2. Et hanc opin. ſequitur Caldas *ubi ſup. d. n. 48. in verſ. ego autem.*

Nec mirum, † quia & deficientibus omnibus ſangui- 11
nis Regii, deberet per proceres & ſtatus Regni nova electio fieri, *ut tradit Didac. Perez in proœm. ordinam. qu. 1. & Menchac. lib. qq. illuſtr. c. 22. num. 3. & 12. & Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 8. gloſſ. 3. num. 8. verſic. ex quibus*, & cum communi reſolvit Anton. Gomez. *in l. 40. Taur. n. 4. quos refert & ſequitur Caldas ubi ſupra d. n. 48. in verſ. nec mirum.*

Nonnulli cenſent ad Romanum Pontificem huiuſmodi aſſiſtentium electionem ſpectare, quoniam ille eſt generalis in terris Dei vicarius, & univerſalis orbis Dominus, prout voluit in ſpecie Imol *in c. grandi, de ſupplen. neglig. prælat. in 6. & ibi Dominicus Anch. & Ioan. Andr. nec non & Probus, & aliquos refert & ſequitur Anto. Gom. in d. l. 40. Taur. n. 9. ad fin.*

Sed & ſunt, † qui autument, Regnorum adminiſtra- 12
tionem & regimen illi, qui ius ſucceſſionis habet, & ſanguine proximior eſt ſucceſſurus, in regno, decedente ſine filio Rege, de cuius tutela, aut cura agitur, committendum fore, nec hoc caſu electioni locum eſſe, ex text. *in dict. capit. grandi, ut in ſpecie reſolvit Ioann. à Terra Rube. lib. 2. artic. 1. concluſ. 3. & 4.* ubi infert, proximiorem poſſe propria auctoritate capeſſere poſſeſſionem huius regiminis, *argumento, cap. licet in fine, & cap. venerabilem, de electio.* Et qui hanc opinionem ſequuntur populum atque ſummi Pontifices electionem reſpuunt, *ut in ſpecie obſervavit Ioann. à Terra Rub. lib. 2. artic. 1. conclu. 6.* Et hanc ultimam opinionem iuris fundamentis comprobat Caldas, *ubi ſupr. dict. n. 48. verſ. alii rurſus*, qui *in verſ. ego autem*, probat electionem aſſiſtentium, qui Regibus puberibus dandi ſunt, non ſpectare ad ſummum Pontificem. Et hanc eſſe veriorem ſententiam arbitratur, ut probat Ioan. à Terra Rub. *lib. 2. art. 1. concl. 4.* niſi regnum temporaliter eccleſiæ Romanæ ſit ſubiectum & obnoxium, *ut per Ioan. à Terra Rub. d. tract. lib. 2. art. 1. concl. 7. traditur in c. inter diverſas ubi Abb. col. 2. ver. ſed quæritur de elect. Cerſet. de pot. reg. qu. 12.* Ceterum quod vacans Regnum Papa gubernabit ſibi temporaliter ſubiectum, *c. licet ex ſuſcepto, de foro comp. Roma. ſing. 414. Corſet. de poteſt. reg. q. 10. Ioan. à Ter. Rub. d. conclu. 7. ita Caldas, ubi ſupr. d. verſ. ego autem*, quam ſententiam, ego quoque probo adverſus priorem Imol. & ſequacium prius relatam, *in verſ. nonnulli cenſent.*

Sed † inter has opiniones, ego priorem eligerem in 13
hunc nempe ſenſum, ut Rex pubes cum conſilio & directione conſiliariorum Regiorum nempe, *Del preſidente de los del Conſejo Real ſupremo y de Conſejo de eſtado*, regnũ

admi-

adminiſtret, regat & gubernet, tam circa adminiſtrationem iuſtitiæ, & iuriſdictionis, quam circa ſtatus regni gubernationem reſpective, & circa negotia bellica per conſiliarios conſilii Regii, *De la guerra*, & circa res dominicas, *Por el praſidente, y Conſejo de hazienda*, & ſic de reliquis, abſque eo, quod curatore, ſive regente, aut alio quocunque nomine loco Regis adminiſtratore egeat, nec ei talis provideatur, ſed per ſe & nomine ſuo cum conſilio & directione prædictorum regat, gubernet, ceteraque omnia gerat & iuſtitiam adminiſtret. Qui enim magis delecti, prudentiores aut fideliores eſſe poſſunt ipſis præſidibus, atque conſiliariis Regis electis ad regni adminiſtrationem & gubernationem à Rege maiore mortuo? Nulli profecto. Quod ſi adhuc alii deſiderentur, ipſe Rex pubes ſucceſſor, cum conſilio prædictorum eos eligat, quorum omnium conſilio, & directione omnia gubernet atque decernat. Et cum hoc ceſſabunt quamplures difficultates, quibus ſubſunt ceteræ opiniones aliorum ſupra relatæ: & Regiæ poteſtati non detrahitur, quod ſuum eſt, & populus in Regem ſemel tranſmiſit. Quod obſervatum ad literam prudentiſſime nunc videmus his temporibus. Deceſſit enim ſanctiſſime invictiſſimus Rex noſter Philippus huius nominis ſecundus die 13. Menſis Septembris hora quinta auroræ, anni præſentis 1598. & ſtatim Philippus eius unicus filius, huius nominis tertius, legitimus Regni ſucceſſor aſſumſit eius gubernationem anno 20. ætatis ſuæ iam completo, & cum conſilio & directione prædictorum virorum, omnia rectiſſime atque ſcientiſſime geruntur, ita ut omnes admirentur Regiam indolem & animum dignum imperio, ſolertiam atque eius dexteritatem, & unanimiter infinitas gratias Deo reddant, eo quod ſibi talem Regem dederit, enixe deprecantes pro eius vita, incolumitate, & ſalute, & con-
14 tinuatione rectæ & prudentiſſimæ eius gubernationis.

Inquit tamen Carol. Molin. *ubi ſupra*, præfatam ſuam ſententiam, quam ſupra probavimus & ſequuti ſumus, locum non habere in primogenito Regis captivi, vel mentis impotis, quia illum (ſi ſit idoneæ ætatis) expedit regimen regni ſuſcipere, etiam proprio & prærogato iure, cum ſit perſona ſuſpicione carens, & ſimultatibus, & invidiæ ceterorum principum, & aulicorum minime obnoxia, prout experientia docuit in prudentiſſimo illo Carolo V. qui poſtquam regni adminiſtrationem durante captivitate patris Ioannis ſub nomine regentis ſuſcepit, regnum pacatius reddidit, feliciterque rexit & tutatus eſt, nec tunc in illo requiritur maior ætas 25. annor, ſed ſufficit ætas conſilii capax, puta ſeptemdecim vel 20. annorum. Nec ſubeſt periculum, cum plurimorum prudentum, quibus latus eius cingitur, conſilio iuvetur, & utatur, & Carol. Molineum in hoc refert & ſequitur Gregor. Lopez, *in dict. l. tertia, tit. 15. partita ſecunda, in gloſſa. Perdieſſe el ſentido*, loquens in filio Regis furioſi, ut tunc filio habili ſit committenda adminiſtra-
15 tio ex *l. 1. in fin. ff. de curat. furioſ.*

Imo † poſſet pater adhuc vivens filium ſibi regni coadiutorem aſſumere, & in vita coronare, ut pluries contigiſſe apud Reges Galliæ commemorat curioſe Guilliel. Benedict. *ubi ſupr. nu. 54.* Et hæc de tutela & cura Regis attento iure communi.

16 Iure tamen noſtro regio habemus Hiſpani legem hoc expreſſe decidentem, nempe *dict. leg. tertiam, titu. 15. partit. 2.* quam citant Oldradus, *dict. conſil. 52.* & Carolus Molin. *ubi ſupra, nu. 2.* & omnes noſtri † Cohiſpani auctores de hac re agentes: & procedit eius diſpoſitio, & ſi Regina prægnans remaneat, *ſecundum Ioann. Oroſc. in l. penultim. colum. 252. in fine, ff. de ſtat. homin. Azeved. in l. prima, num. 8. tit. 3. lib. 2. Novæ collect. Reg.* ex qua l. Regia plures deducuntur concluſiones.

17 Prima concluſio legis Regiæ hæc eſt: *Quando finca el Rey ninno, ſi el padre diſunto le dexo tutor, o tutores ſennalados que le guardaſſen mandannolo, por carta, o por palabra, aquellos le han de guardar, y los del Reyno ſon obligados a los obedecer en la manera que el Vey lo ovieſſe manda.*

Rex igitur, ſicut quilibet privatus poteſt filio ſuo tutores relinquere, & nominare, non ſolum inſtrumento, vel epiſtola, ſed etiam verbo, ut patet ex dict. l. tertia, in verſiculo. *Porende los ſabios antiguos de Eſpanna*: Nec puto attenta hac noſtra lege eiuſque verbis, neceſſariam tunc eſſe aliquam iudicis inquiſitionem, aut confirma-
tionem. Sed eo † ipſo, quod pater Rex tutores filio Re- 18
gi conſtituerit, vel nominaverit ſcripto, vel verbo, cum forma ſervanda in eius adminiſtratione, eos eſſe veros tutores, & poſſe tutelam ſuſcipere mortuo Rege patre, ſubditoſque teneri eis obedire, iuxta formam à patre Rege præſcriptam & præceptam, *ut in hac l. noſtra Regia*, ex quo videtur eis Rex defunctus adminiſtrationem conceſſiſſe, quo caſu neque in privatis eſt neceſſarium, quod à judice diſcernatur adminiſtratio, *ut ſupra reſolvimus, cap. 5. n. 7.*

Sed per privatos, † neque per Epiſtolam, neque ex 19
imperfecto tutor recte datur, quamvis voluntas patris privati in conſtituendis tutoribus in his caſibus à iudice, ad cuius officium hæc res pertinet, ſervari ſoleat, *l. 2. incip. neque per Epiſtolam, C. de confirm. tut.* & confirmandus quidem eſt ſine inquiſitione, *ut in l. ſi filio ff. de confirmand. tut. & §. fina. Inſt. de tutel.*

Secunda concluſio: *No aviendo de axado el Rey defun-
cto mandado quien fueſſen tutores de ſu hijo: los mayorales* 20
del Reyno, como ſon los prelados e los Ricos omes, e los otros omes buenos e honrados de las villas, ſe deven juntar adonde eſtuviere el Rey y anſi juntos jurar en forme ſobre los ſãtos Evangelios, que cataran primeramente el ſervicio de Dios, honra y guarda del ſennor que han: y el procomunal de la tierra del Rey no: y ſegun eſto hã de elegir tales homes en cuyo poder lo metan que le guarben bien, e lealmente, los quales dichos tutores, han de tener en ſi ocho coſas, que ſon las ſiguientes.

*La primera, que teman ad Dios: La ſegunda, que amen
al Rey: La tercera, que venga de buen linage: La quarta, qᵹ* 21
ſean ſus naturales: La quinta ſus vaſſallos: La ſexta, que ſean de buen ſeſo: La ſeptima, que ayan buena fama: La octava, que ean tales que no codicien heredar lo ſuyo: cuydando que han derecho en ello deſpues de ſu muerte.

Eſtos guardadores † deven ſer uno, dos, o tres, o cinco, y vo 22
mas, y es valedero a quello en que la mayor parte ſe acordare, ſi alguna ve gada, deſacuerdo oviere entre ellos.

*Deven jurar que † Guardaran el Rey ſu vida e ſu ſa-
lud y que haran y allegaran el pro e honra del Rey e de ſu ti-* 23
erra en todas las maneras que pudieren. e las coſes que fuerẽ a ſu mal e danno las deſuiar an e las quitaran en todas guiſas, e que guardaran que el ſennor ſea uvo, e que no le dexaran partir ni enagenar en ninguna manera, mas antes que lo acrecentaran quando pudieren con derecho e que lo ternam en paz y en juſtitia haſta que el Rey ſea de edad de 20. an. e ſi fuere hija la que oviere de heredar faſta que ſcia caſada: e que todas eſtas coſas faran e guardaran bien e lealmente aſſi como de ſuſo ſon dichas. hæc dicta l. Regia.

Eadem ſervanda † ac adimplenda ſunt etiamſi con-
tingeret, *Quod el Rey perdieſſe el ſentido haſta que tornaſſe* 24
en ſu memoria, o finaſſe, ut cavetur in eadem l. 3. ibi, *E todas eſtas coſas, &c.*

Habemus † igitur legem expreſſam decidentem, tu-
telam & adminiſtrationem Regis minoris atq; regni in 25
Rege maſculo durare, uſq; ad 20. annum ætatis ſuæ completum, & in fœmina donec nupſerit.

Poterit ergo Rex minor maſculus, poſtquam fuerit 26
ætatis 20. annorum per ſe ſine tutore & curatore exercere iuriſdictionem, atq; regni adminiſtrationem ſumere, cum ſit finita tutela & cura poſt 20. ætatis ſuæ annum com-

pletum, juxta hanc noſtram l. Regiam, nec deinceps curatore opus habet.

27 Hæc tamen lex † Regia ſervanda eſt, eique ſtandum, cum aliter non ſtatueretur per proceres regni in occurrenti caſu, & Rex pubes cum eis aliud nollet. Per proceres namq; regni poteſt aliter ordinari, eritq; ſervandum quod ab eis in hoc fuerit ordinatum, ut expreſſe tenet Greg. Lop. *in d. l. 3. gl. 1. verſ. E los ricos homes, & in gloſſa, de veynte annos.* Refertq; quod tempore minoris ætatis Regis Henric. 3. filii Regis Joan. 1. fuit diſpoſitum, quod regnum gobernaretur per conſilium, & conſiliarios Regios, & non per tutores, ut patet in ordinatione curiarum, *de Madrid. ann. 1391.* & in ordinamento Regis Alphonſi Valliſoleti, *era. 1363.* quod Rex in initio anni 15. aſſumſit regimen regni, & exſpiravit tutela Regis, *ut patet in curiis de Madrid. ann. 1419.* de quibus ſit aliqua mentio *in l. 3. ſtatim poſt principium, tit. 10. lib. 5. novæ collect. Reg.* Et ita apud nos fuiſſe obtentum in Joan. 2. qui 14. anno ætatis ſuæ regnare cœpit; affirmat Baeca *de decima tutor. cap. 10. num. 30.* ubi etiam refert ordinamentum & definitionem Regis Alphonſi in conſtitutionibus editis Pintiæ ann. 1363. & credit apud nos continenter fuiſſe obſervatum, ut vidimus in Carolo quinto Cæſare, primo hujus nominis Hiſpaniarum Rege, qui 17. ætatis anno regnare cœpit, ut de Carolo octavo Galliæ Rege memoriæ prodiit Gaguinus. Et hoc Baecæ prudentius videtur, quia Rex plures habet conſiliarios, quorum prudentia ſupplebit ejus minus eruditum judicium. Deinde ad tranquillitatem regni ita videtur expedire: Quid enim malorum non perpetitur regnum à tutoribus, vel curatoribus adminiſtratum? late & impune regnat avaritia, quivis in alienum caput violenter graſſatur, omnia prædonibus & peculatoribus plena ſunt: fluctuat populus, tanquam oves paſtore deſtitutæ. Denique nuſquam plus malorum. Reſolvit igitur Baeca *ubi ſupra*,
28 non eſſe curandum † de *dict. lege 3. tit. 15. partit. 2.* quoniam contraria conſuetudine videtur abolita, & quod ſic non eſt ſervanda, & quod hæc opinio præcipue ſervanda eſt, ſi in principe concurrat Regia indoles, & animus dignus imperio. Et cum Baeca in his tranſit Doctor Azevedo *in lege 1. num. 8. tit. 3. libr. 2. nova collectionis Reg.* & addit Pelaez *de majorat. quarta parte, quaſt. 38. num. 1.* diſpoſitionem dictæ leg. tertiæ, hodie immutatam eſſe, ut conſtat ex practica ordinatione Alphonſi Valliſoleti, *era. 1363.* & aliis, quæ refert Gregorius Lopez, *ubi ſupra.* Et ita eſt tenendum, tametſi Humada *in dicta lege 3. titul. 15. partit. 2. numero 2. cum ſequentibus*, relatis prædictis auctoribus (excepto Pelaez) & ordinatione Regis Alphonſi nolit fateri, leg. illam Regiam tertiam ſublatam conſuetudine contraria dici poſſe, recte loquendo, quoniam conſuetudo per inferiores inducitur, non per illos, qui legem dare poſſunt, ſed eſſe dicendum, quod Rex, & proceres, ſeu gubernatores pro illa vice aliter, quã ſancitum, *in dict. leg. 3.* eſt, diſponere, animadverterunt, expedire propter caſus indigentiam, & quod ſi non videtur illam l. eſſe ſublatam, eo quod in ſpecie ceſſet ejus ratio, & ideo dicit tunc temporis l. illius diſpoſitionem practicandam eſſe, quando Rex poſt pubertatem velit aſſumere regni adminiſtrationem ipſe de per ſe, ſine aſſociatione magnatum, & procerum, iſtique gubernatores propter Regis imbecillitatem, ac incapacitatem, facilitatemque renuant. Et quod hæc repugnatio merito Regi fieri poteſt in prædict. ætate conſtituto, ne regni ſtatus turbetur, cujus auctoris ſententia in hoc non multum diſtat ab opinione Gregor. Lopez, Sed nihilominus probo ſententiam Gregor. Lopez, & ſequacium.

Huc convenit, quod utilius & conſultius ſibi videri affirmavit Molineus, *ubi ſupra*, nempe quod tutela Regis finiatur ejus pubertate, ita quod non ſit ei dandus curator, ſive regens, ſeu alius quocunque nomine, loco Regis adminiſtrator, ſive unus, ſive plures, dum tamen non ſolus de per ſe adminiſtret, ſed cum conſilio delectorum & fidelium, & prudentum virorum, quam ſententiam, ut veriorem ſequuti ſumus ſupra poſt alios, quos citavimus.

Quid autem † dicendum ſit in dominis inferioribus 29
Rege, agit late Pelaez *de majorat. d. 4. par. quaſt. 38. per totam. ad quem ſe remittit Azeued. ubi ſupra n. 9.*

Et hæc in Rege maſculo minore: in fœmina vero Re- 30
gina dicitur in text. Regio dicta leg. 3. *Que ſi fuere hyala que oviere de heredar, dure la tutela haſta que ſea caſada.* Inquit tamen Gregor. Lopez, ibidem in gloſſ. *Faſta que ſea de edad.* Non intelligas, quod per contractum matrimonii tutela finiatur: ſed pubertate, *ut in leg. fin. C. quando tut. eſſe deſin.* quia tunc cum eſt pubes, contrahit matrimonium.

Neque etiam † intelligas, quod contracto matrimo- 31
nio maritus erit ejus curator & adminiſtrabit regnum, quia eſſet contra diſpoſitionem *l. maritus, C. qui dan. tut. & l. fin. ad fin. tit. 17. p. 6.* Sed quod tunc ipſa de conſilio viri adminiſtrabit, *ſequitur Azeved. in d. l. 1. nu. 7. tit. 3. lib. 2. Novæ Collect. Reg.*

Sed contra hanc opinionem gloſſatoris noſtri, imo quod maritus Reginæ adminiſtret regnum, juriſdictionemq; ejus exerceat, facit *l. 9. tit. 1. partit. 1.* ibi, *La tercera razon es por caſamiento, y eſto es, quando alguno caſa con duenna que es heredera del Reyno: que maguer el no venga de linage de Reyes puedeſe llamer Rey deſpues que fure caſado con ella*: Ergo adminiſtratio regni ei incumbit & vere acquiret dominium regni, ut in *d. l. 9.* ibi: *Verdaderamente es llamado Rey aquel que con derecho gana el ſennorio del Reyno: e puedeſe llamar con derecho en eſtas quatro maneras: y la tercera en orden que pone es por razon de caſamiento como eſta referido, luego ſi es verdadero Rey a el le incumbe el goſierno, adminiſtracion y juramento del.*

Secundo contra Greg. Lopez, *ubi ſupra*, etiam facit, *l. 2. tit. 15. part. 2.* à contrario ſenſu, ibi *Faſta que ſea caſada.* Ergo poſtquam nupta fuerit, adminiſtratio regni pertinebit ad maritum, cum ceſſet tutela, & cura pubertate Reginæ, ex quibus ll. forte in terminis inquit Pala. Rub. *in tract. de juſt. & jur. obtention. & reten. regni Navar. 5. p. §. 5.* quod ſecundum leges Hiſpaniæ (quas tamen non citat) adminiſtratio regni pertinet ad maritum & uxorem, licet regnum ſit proprium uxoris, quod etiam voluit Montalu. *in d. l. 9. tit 1 part. 2.* & probatur magis Anton. Pichardo *in l. 3. & 7 ſub nu. 51. C. de muriteg. lib. 1.* ubi, *num 52.* quod hoc eſt introductum in his regnis duobus actibus notoriis, nempe in catholico Rege Ferdinando, & Rege Philippo I.

His nihilominus † non obſtantibus veriorem cenſeo 32
eſſe, & tenendam opinionem Gregor. Lopez, ſcilicet, quod Regina de conſilio mariti adminiſtret regnum, ejuſque juriſdictionem exerceat, non vero maritus ſolus ſuo nomine, ſed ambo ſimul, niſi ipſe habeat ab uxore ſufficiens mandatum ad hoc: tunc namque ipſe utriuſque nomine hoc expreſſo adminiſtrare poterit, *ita tenet Baldus in capite ſignificavit. de reſcriptis*, ubi quod regnum non poteſt dari in dotem, & quod ipſa Regina eſt domina regni, & ejus eſt adminiſtratio, neque competit viro, niſi quatenus ipſa permiſerit, quem refert, & ſequitur, atque jure comprobat Gregor. Lopez *in leg. 1. in gloſſa, fueſſen muchos, ad finem, titul. 1. partita 2.* Idem Gregorius Lopez *in dicta lege 9. ejuſdem titul. & partita in gloſſa, llamar*, ubi etiam refert Abbatem *in cap. prudentiam, columna 4. de officio deleg.* dicentem, quod videtur quaſi monſtrum, ſi in eodem loco videantur duo domini, & quod hoc tendit in præjudicium ſubditorum, & quod fœminæ ſuccedentes in regnum poſſunt exercere juriſdictionem, & adminiſtrare jura regni de

jure

jure, conſuetudine ceſſante, *ſecundum Innocent. Hoſtienſ. Abb. & Joan. de Imol. in cap. dilecti, de arbit. Ang. & Paul. in leg. cum prætor, ff. de judic.* Tandem Gregor. Lopez, *in d. leg. 9.* refert Chronicas Siculi, ubi quod hoc fuit ordinatum tunc temporibus Catholicorum Regum. Nam ſecundum eum pro indubitato fuit, adminiſtrationem regni de jure tantum ad Reginam pertinere: & ita exordiebantur proviſiones, & leges Regiæ, *don Ferdinando, y donna Yſabel Reyes de Caſtilla, &c.* Neque obſtant leges Regiæ ſupra in contrarium allegatæ, quibus niti potuit Palat. Rub. quia *dict. l. nona.* non dicit, quod adminiſtratio regni pertineat ad maritum, ſed tantum, *que ſe pueda llamar rey por caſarſe con reyna.* Et hoc procedit per communicationem dignitatis uxoris, quia ſunt duo in carne una: Ergo non adminiſtrabit ipſe, niſi per communicationem ipſius, & quatenus ipſa permiſerit: ſiquidem *dict. l. 9.* ulterius non proceſſit. Ergo tanquam caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione Juris communis. Similiter etiam *d. l. 3. tit. 15. par. 2.* non aperit, nec dicit, quod maritus Reginæ adminiſtrabit regnum, ſed quod tutela Reginæ durat, donec ipſa nupſerit: nupta ergo pertinebit ad ipſam, cujus eſt regnum, cum conſilio tamen mariti, non vero ad maritum, cujus non eſt regnum in proprietate. Licet vere Rex appellari poſſit, quia Reginam duxit in uxorem, non vero inde ſequitur, quod ipſe vir ſolus adminiſtrare poſſit regnum ſuo nomine: neque argumentum à contrario ſenſu ſumendum eſt, quoties contrarium in jure eſt expreſſum in illo caſu, neq; quoties reſultat pravus, & abſonus intellectus, *ut per Everard. late in hoc eodem loco, & argumento.*

33 Tandem † ad omnia motiva Montalvi facile reſponderi poteſt, *ut per Gregor. Lopez in d. l. 9.* ubi nuncupatim tenet contra Montalv. & Palat. Rub. *ubi ſupra.* Idem igitur, quod reſolvimus in Regina, credimus, & cenſemus tenendum eſſe in Comitiſſa, Marchioniſſa & Duciſſa, tum ob identitatem rationis, tum etiam *ex l. 7. tit. 9. lib. 3. nov. collect. Reg.* ubi quoad juriſdictionem exercendam æquiparantur Regina, Comitiſſa, & aliæ dominæ temporales, ut ſtatim dicemus.

34 Et quamvis † verum ſit, jure etiam noſtro Regio fœminam non poſſe eſſe judicem. *Pero ſiendo Reyna o Condeſſa o otra ſennora que heredaſſe ſennorio de algun Reyno, o de alguna tierra, tal muger como eſta lo puede hazer por honra del lugar que tiene: pero eſto por conſejo de hombres ſabios, por que ſi en alguna coſa errare la lepan a conſejar, y emendar.* Ita cavetur in *d. l. 7. verſic. Otro ſi decimos,* titulo 9. libro 7. novæ collect. Regiæ *que es de don Alonſo en Alcala, era de 386. tit. 32. ley. 43. como ſe refiere en la margen de la dicha ley ſeptima,* per quam l. ita tenet Aviles *in proœm. c. prætor. in gl. y Reyna, num. 8.* ubi allegat ad idem Abbatem in capite *dilecti col. 1. de arbit.* & Lucam de Penna *in l. ſi quis in Marchiatri in fin. C. de profeſſ. & Medic.* ubi etiam, an ſit regnum committendum mulieri.

35 Quod † ſi Regina efficiatur furioſa, & mente capta, quæ jam erat nupta, ſi aliter proceribus regni & procuratoribus civitatum non placuiſſet, ſervanda eſſet prædicta l. Regiæ diſpoſitio *tit. 15.* partita ſecunda, in verſiculo, *e todas eſtas coſas ſobredichas,* (de eligendis curatoribus Regi puero) *dezimos que deuen guardarſe ſi acaſcieſſe que el Rey perdieſſe el ſentido faſta que tornaſſe en ſu memoria, o finaſſe* tametſi Palat. Rub. in prædicta ſpecie voluerit, quod adminiſtraio regni pertinebit ad maritum Regem, cujus deciſio eſt æqua, ſaltem quando maritus eſſet idoneus, & haberet filios ex matrimonio. Sed nihilominus de rigore obſervandum eſt, quod prædiximus cum ſua prædicta limitatione, *ut affirmat Greg. Lop. in d. l. 3. in gl. perdieſſe el ſentido, ad fin.* Fundamenta namq; Palat. Rub. non concludunt, ejuſq; opinio contraria, non ſolum lege caret, ſed imo eſt contra eam, in verbis modo relatis. Quare tenenda non eſt, niſi id ita viſum fuerit, & placuerit juſtis ex cauſſis proceribus regni, & procuratoribus civitatum.

Ulterius, † quod ex noſtris legibus prædiximus, *que el que ſe caſa con Reyna aunque el no venga de linage de Reyes ſe puede llamar Rey.* fuit obſervatum in Rege noſtro Catholico Ferdinando, qui cum ex patrimonio ſuo regnū Aragonum tantum haberet, quia tamen contraxit matrimonium cum Regina Eliſabet Regina Hiſpaniæ domina noſtra, vocatus fuit ſemper Rex Caſtellæ in ſuis decretis & proviſionibus, atque legibus ſimul cum uxore ſua, nempe, hoc modo, *don Fernando y donna Yſabel Reyes de Caſtilla &c.* ut obſervavit Aviles, *in proœmio capitulorum prætorum, in principio, & numero 1.* & id jure probat, *numero 12. 13. & 14.* tum ex l. 2. titulo ſexto, partita ſecunda, ibi, *quanto mas honrada fuere, tanto es el mas honrado por ella,* ex dicta lege 9. *titulo 1. partita 2.* tum etiam ex Bald. *in capite ſignificavit, numero 3. de reſcriptis, in verſiculo pone,* ubi agit, quod ſi Regina Apuliæ nubat cuidam ſimplici militi, nominabitur vir ejus Rex, quia hoc caſu coruſcat radiis uxoris, quia ejus lateris comitatus illuſtrat, *ut in l. 1. C. de præpoſit. lab. libro 12.* additque quod ſic Rex Philippus Pater noſtri Caroli quinti Imperatoris habuit regnum iſtud Hiſpaniæ ratione ejus uxoris, noſtræ Reginæ Joannæ, & ſic concludit, quod de jure, & conſuetudine, quæ inducitur per iſtos duos actus ad minus vocatur Rex, ſequitur alios allegans Antonius Pichardus *ubi ſupra, numero 49. 50. & 51.* 36

Sed † & fuit ſemper obſervatum, atque uſitatum in his regnis Caſtellæ, ut fœmina deficiente maſculo ejuſdem gradus ſuccedat in eis, juxta *legem ſecundam, titulo decimo quinto, partita ſecunda,* ibi, *E por ende eſt able ſcieron que ſi fijo varon y no ouieſſe la hija mayor heredaſſe el Reyno,* & in l. ſecunda, titulo decimo octavo, partita tertia, *e ſi varon no ouieſſe la hija mayor, &c. & l. 1. titulo 5. libro 2. novæ collection. reg. ibi hyas, & l. 7. titulo 9. libro 3. novæ collect. reg.* 37

Ex † quibus legibus Regiis ceſſare debet in Regno Caſtellæ diſputatio antiqua, tam reſpectu ipſius regni, quam aliorum majoratuum in eo exſiſtentium ſucceſſione. In eis namque ſemper fœmina maſculo ejuſdem lineæ, & gradus deficiente admittenda eſt, *ut patet, & firmat Doctor Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 4. numero 5. ad finem,* ubi quod adeo hoc in Hiſpaniarum regnis uſu receptum eſt, ut iam ſupervacanea ſit huius articuli diſpoſitio, præterquam, quod eandem ſententiam iure etiam communi probaverunt plures, quos à principio *dicti num. 5.* enumerat, & optime ex pluribus comprobat Doctor Burgos de Paz *in proœmio ll. Taur. num. 42. cum pluribus ſequentibus.* Et eſt procul dubio verior opinio ſecundum ipſos, contra nonnullos alios diverſum ſentientes, quos ibi allegat, eandem noſtram ſententiam iure communi, & Regio probat Azevedo *in l. 1. num. 6. & 7. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.* 38

Et conſtat ita etiam uſu receptum eſſe in Hiſpania ex chronicis antiquis, ubi invenitur, quod plures fœminæ ſucceſſerint in his regnis ſufficientibus maſculis, quas Aviles *ubi ſupra* enumerat *in gloſſa, y Reyna, num. 8.* & præcipue ex Chronica practica Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabet *ſecunda parte, capitulo ſecundo.* Et ita in certamine iudiciali ſententia pronuntiatum eſſe inter prædictos Catholicos Reges aſſerit Illeſcas *libro 6. de la Hiſtoria Pontifical, ſecunda parte, capitulo de don Fernando y donna Yſabel Reyes de Caſtilla, folio 125. colum. 4. & Doctor Molina ubi ſupra, & Azenedo in dict. l. 1. num. 7.*

Addendum eſt etiam, † adeo verum eſſe, quod Regina nobilitet maritum, etiam ex progenie Regia non provenientem, ut quamvis filia Regis nubat alicui Duci, vel Comiti, dicetur Regalis, & etiā ſi filia Ducis nubat alicui 39

militi ſimplici, dicetur Duciſſa, quia dignitas generis filii, quæ venit à patre, eſt excellentior, & præferri debet nobilitati obvenienti ex parte mariti, *ſecundum Jacob. Rebuff. in leg. 1. per textum ibi, C. de dignit. libr. 12.* quem refert & ſequitur Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi, ſecunda parte, conſiderat. 40. verſic. & adverte,* ubi etiam in idem citat Baldum *in l. fœminæ, ff. de Senat.* dicentem, quod fortior eſt nobilitas, quam habet filia ab origine, quam illa, quam habet à marito, quia proprio radio, & non alieno coruſcat, *idem Caſſan. in eodem tractatu, parte 5. conſideratione 39. verſiculo adverte, quod Regina, &c.* Si tamen dignitas mariti ſit major, quam dignitas, quæ uxori obvenit ex parte patris, tunc uti poterit nobilitate viri, ut ſi filia Ducis nubat Regi dicetur Regina, & ſi filia militis nubat Comiti, dicetur Comitiſſa, *ſecundum Caſſan. ubi ſupra, in priori loco.*

40 Inquit † tamen Aviles *in proœmio capitulorum prætor. in principio, numero 7.* quod ſi uxor ſit Marchioniſſa, vel Comitiſſa, non ſequitur, quod maritus ejus ſit Marchio vel Comes *ſecundum Signor. de Homodeis, in repetitione leg. Princeps legibus, colum. 2. verſic. de ratione ultimi, ff. de ll. quæ eſt inter ejus conſilia. ſequitur Aviles, ubi ſupra, num. 11.* dicens, quod ſic videmus in Hiſpania noſtra, quod ſi uxor eſt Comitiſſa, & maritus non, non vocatur maritus ejus Comes.

Ego vero contrarium ſæpe vidi, & video obſervari in Hiſpania, nempe, quod maritus uxoris Comitiſſæ, Marchioniſſæ, vel Duciſſæ, alias non Comes, Marchio, vel Dux appelletur, Comes, Marchio, vel Dux, reſpective: idque jure fit, non ſolum conſuetudine ad ſimilitudinem mariti Reginæ: Regnum ſiquidem eſt caput dignitatum, Marchionatus autem, Comitatus, & Ducatus ſunt membra ejuſdem regni.. Non ergo licet membra à capite diſcedere, *textus in cap. cum non liceat, cum ſimilibus, de præſcript.* Et ita merito alias omnes Doctores Cohiſpani docent, ll. loquentes in ſucceſſione regni procedere, locumque habere, ac ſervandas eſſe in ſucceſſione cujuſcunque majoratus particularis ob identitatem rationis, & ad inſtar ſucceſſionis regni: Ergo idem dicendum eſt in noſtro propoſito, quoad nominationem viri, titulo dignitatis uxoris ſuæ, ut recte in terminis probavit, & tenuit Anton. Richard. *ubi ſupra, numero 49.*

41 Facta † autem electione tutorum Regis, & præſtito ab eis juramento iuxta formam dict. *leg. 3. tit. 15. partit. 2.* inquit eadem lex, *deuen meter al Rey en ſu guarda de manera que faga con conſejo de ellos todos los grandes fechos que ouiere de fazer, e continuamente deuen tener tales omes con el que ſepan monſtrale aquellas coſas por que ſea bien coſtumbrado, e de buenas maneras.*

42 Dubitari † tamen in propoſito non ab re poterit, *an hujuſmodi tutela, vel cura Regis decernenda tutoribus, & curatoribus in judicio, & per quos?* Et videtur quidem, prima, quod aiunt, facie, neceſſarium eſſe, quod decernatur, licet in prædicta leg. 3. de hoc non fiat mentio, cum per alias ll. ſit ſatis expreſſum in ceteris omnibus tutelis & curis. Et in hoc caſu videtur, quod à conſilio ſupremo Regali decerni debeat, cum non ſit alius iudex, Regi non ſubditus, qui eam decernat in regno, & conſilium Regale præeſt toti regno, eiuſque gubernationi intendit.

Nihilominus tamen noſtra lex tertia ſæpe allegata *in verbis prænarratis,* innuit, quod ipſimet proceres congregati ad electionem tutorum, & qui eos elegerint, tutelam, & curam quoque decernant, ut colligitur ex eadem le. ibi, *e deſpues que eſto ouieren iurado deuen meter al Rey en ſu guarda, &c.* Quibus enim conceditur prædicta electio principalis, videtur etiam commiſſum in conſequentiam decretum tutelæ, vel curæ, tanquam neceſſarium ad perfectionem primi, *argumento le. 2. cum ſimilibus, ff. de juriſdictione omnium judicum.* Non enim ſit mentio in prædicta lege de conſilio regali, nec de alio judice, aut perſona, qui huic actui intervenire, aut auctoritatem interponere debeat, ideoque videtur hoc ſpectare ad prædictos proceres, vel potius, quod ipſum decretum formaliter, & expreſſe non ſit neceſſarium, ſed quod ſufficiet præſtito juramento à tutoribus & curatoribus, de quo in dicta lege Regia actualis immiſſio ipſius Regis minoris in tutelam, & curam prædictorum, quæ loco decreti habetur, auctorante ipſa leg. quæ hoc facere jubet.

Tertia † concluſio principalis dict. leg. 3. titulo 15. 43
partita 2. *Fincando madre del Rey ninno ella ha de ſer el primero, y el mayor al guardador ſobre los otros, e ellos deuen la obedeſcer como a ſennora, e fazer ſu mandado en todas las caſas que fueren a pro del Rey y del Reyno.* Quam concluſionem intelligo veram eſſe, & procedere, non ſtantibus tutoribus teſtamentariis, vel alias à patre Rege defuncto datis filio ſuo impuberi, cum planum ſit in jure, tunc demum matrem admittendam eſſe ad tutelam filiorum, cum teſtamentarii tutores non exſiſtunt: hi namque omnibus præferuntur, nempe, matri, & aviæ, legitimis, & dativis: mater autem, vel avia legitimis, & dativis anteponitur: legitimi vero dativis, *ut ſupra late probavimus capite 2. numero 6.* quæ in tutoribus Regis locum etiam habent, præterquam quod hoc etiam patet ex tenore dict. l. 3. Regiæ: Similiter etiam mater Regis hanc tutelam habere debet, donec nupſerit, & cum filio impubere velit eſſe, ut in eadem leg. 3. cavetur, ibi, *mas eſta guarda deue auer en quanto no caſe, e qui ſieſſe eſter con el ninno.*

Dubium † eſt etiam, *an mater Regis, & ceteri tutores ipſius electi, juxta formam noſtræ l. 3. teneantur fidejuſſores, & ſic ſatiſdationem præſtare, rem pupilli ſalvam fore, ſicuti tenentur alii tutores privatorum?* Et videtur quidem illos minime eſſe obnoxios præfatam ſatiſdationem præſtare, quia prædicta lex Regia præfixit ſpecialiſſimam formam ſervandam in tutoribus Regis impuberis, & per ipſos tutores, nec non, & juramentum, quod tenentur præſtare, ut vidimus, & tamen nihil loquitur de ſatiſdatione ab ipſis præſtanda: Ergo eam non præſtare tenetur, quia ſi hoc vellet lex noſtra Regia, id exprimeret, ſicut, & cetera expreſſit, ut non videretur deficere in re tam neceſſaria. Præterea qui quæſo fidejuſſores inveniri poſſunt pro adminiſtranda tutela Regis, qui ſufficiant ad valorem regni? Non igitur Rex voluit obligare ad impoſſibile. 44

Nihilominus tamen verius eſſe cenſeo, atque tenendum contrarium, imo quod mater Regis impuberis, & ceteri ejus tutores, non teſtamentarii teneantur prædictam ſatiſdationem præſtare, cum & hoc per alias ll. tutores legitimi & dativi teneantur, *ut diximus ſupra leg. 9. titulo 16. partita 6.* Cum enim hæc ſatiſdatio aliquid amplius ſpecialiuſve continere non debeat, quam ceteræ aliorum privatorum tutorum, non fuit neceſſarium exprimere, quod ipſa præſtaretur, cum ll. aliæ eam requirentes generaliter loquantur in omnibus tutoribus legitimis, & dativis. Et cum hoc reſpondetur ad primum fundamentum contrarium, & in terminis ita tenet Gregorius Lopez, *in dicta leg. 3. in gloſſ. fincaſſe madre, ad finem titulo 15. partita 5.* Ad ſecundum de facultatibus tutorum agens, comparative ad valorem regni, Reſpondetur ſufficere, quod mater tutrix filii ſui Regis, & ceteri tutores electi præſtent, quos invenire poſſunt, *ut in terminis tenet Albericus in l. de creationibus, columna ſecunda, in medio, verſiculo,* ſin autem per textum ibi, dum dicit, *ſin autem non talis ejus cenſus inveniatur, tunc & fidejuſſio, in quantum poſſibile eſt, ab eo exploretur C. de Epiſcopal. aud.* & refert Ubert. de Bobio, qui in iſta quæſtione conſuluit pro domina Blanca matre

Regis Franciæ: Idem tenet Jacob. de S. Greg. *in tractat. de Feud. verb. Carolus, 1. columna*, & probatur etiam *in l. finali, ff. ſi autem non talis, C. de curat. furioſ.* quem ad hoc notat & commendat Bald. *in l. final. C. de Magiſtr. conven. 1. columna, num 3.* & Roderic. Suarez, *in l. quoniam in prioribus, folio 169. columna 3. verſiculo unum tene menti, C. de inofficioſ. teſtament.* prout eos ad hoc refert, & ſequitur in terminis Antonius Gomez *in dict. l. 40. Taur. num. 9.* Et cum hac opinione tranſit Gregorius Lopez, *ubi ſupra*, Caſſan. *in conſuetud. Bur. rubr. 6. §. 4. verbo, Caucion num. 4.* Lauden. *in tractatu de official. domin. in quarto notab.* & cum eis Baeca *de decim. tutor. cap. 9. n. 29.* ubi quod prudentius eſt, ut ſatiſdent meliori modo, quo poſſint. Nam metu, vel reverentia fidejuſſorum abſtinebunt ſe à flagitiis, quia ſolent Regum tutores regnum prædæ habere.

45 Quarta † & ultima concluſio dict. l. 3. Regiæ eſt, *Los del pueblo que no quiſieren eſcoger eſtos guardadores aſſico mo dicho es, o deſpues que fueſſen eſcogidos no los quiſieſſen obedeſcer no haziedo ellos porque farian traycion conoſcida por que dariana entender que no amauan guardar al Rey, ni al Reyno, y ſi fueren hombres honrados han da ſer echados de la tierra para ſiempre, y ſi fueren otros tienen pena de muerte: Pero ſi alguno de los tutores erraſſe en alguna coſa de lo que es tenudo de hazer, deue auer pena ſegun el fecho que fiziere.* Et cũ hoc explicata eſt atq; abſoluta *d. l. 3. tit. 15. p. 2.*

Illud tamen pro abſolutione hujus capitis non omittam, quod longo ſermone probat, & pluribus ornat Caldas Pereyra *in repetitione l. ſi curatorem habens, verbo, ſine curatore conſtitutus, num. 115. C. de integrum reſtitutione minorum: Alias inter tractatus de reſtitutione minorum, p. 1142.* nempe, donationes, diplomata, programmata, ſeu quas vulgus, *proviſiones*, vocat, & alia reſcripta juſtitiæ, ſive gratiæ, nomine tutoris Regis expedienda fore, addendo ſub nomine, & tanquam tutor Regis, & hoc potius, & congruentius, atque tenendum videri ibi affirmat, & quod hoc quoq;, docet experientia, & antiqua in eo Regno Portugalliæ olim obſervata conſuetudo, gubernante infante domino Petro tutore Regis Alphonſi 5. nepotis ex ſorore, quo tempore omnes proviſiones prædictas infans expediebat ſub nomine tutoris ſub his: *Nos infans dominus Petrus tutor, & gubernator, cum Dei auxilio defenſor pro Rege domino meo horum regnorum, &c.* Et quod plura hujuſmodi exſtant in ſenatu Regio Uliſipponæ.

46 Ego † vero & ſi his non contradicam, cenſeo tamen, non errari, ſi hujuſmodi diplomata & proviſiones Regiæ conficiantur principaliter ſub nomine Regis impuberis, & poſtea adjiciantur nomina tutorum ejus, dicendo nomine, hoc eſt, Regis in hunc ſcilicet modum, *Dominus, N. & N. N. ejus tutores nomine ſuo, Rey de Caſtilla, &c.* ceſſant namque tunc rationes & argumenta Cald. ubi ſupra.

47 An autem † Regis tutor leges poſſit condere, agit pro & contra Caldas *ubi ſupra, num. 121. pag. 1144.* ubi quod in ferendis legibus ſeu promulgandis conſultius arbitratur, ſi prius cum conſilio & ſuffragio magnatum, atque etiam convocatis comitiis, civitatumque & regni procuratoribus (ſi opus fuiſſet) id faceret.

48 Quæ † quidem comitia *cortes* appellamus, & à Romanis originem primum traxerunt, poſtea vero, tam in Regno Caſtellæ, quam Luſitaniæ conſuetudo introduxit ex textu *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder.*

SUMMARIA.

1 Legis decimæ tertiæ, titulo decimo ſexto, partita ſexta, litera & caſus refertur, & declaratur per totum caput.

2 Curatores vocantur dati majoribus, 14. ann. minoribus tamen 25. ann. ſanæ mentis.

3 Cura furioſi eſt legitima, mente capti vero eſt dativa.

4 Curatores dandi ſunt prodigo, mente captis, ſurdis, mutis atque his, qui perpetuo morbo laborant, requiritur tamẽ cauſſæ cognitio, ad hoc, ut aliqualiter de furore, vel alia cauſſa ob quam datur curator, conſtet, ut in n. 7.

5 Curator prodigo dari non poteſt, antequam illi ſit bonis interdictum, præterquam ſi eſſet notorius prodigus, ut in num. 6.

8 Curatoribus legitimis deficientibus judex, venit ad dationem curatorum, non tantum ex inquiſitione, ſed etiam ſine ea.

9 & 10 Curator bene dari poteſt ad unum actum, licet tutor regulariter certæ rei dari non poſſit, niſi ad adeundam hereditatem.

11 Puberes ſanæ mentis inviti curatores non accipiunt, ipſi tamen curatores inviti dantur, ut in num. 12.

12 Curatores inviti dantur, ſive dentur principaliter negotiis, & ſecundario perſonæ, vel e contra.

13 Curator bonorũ non datur invitus, niſi adſit cauſſa, ut in num. 14. & etiam fallit ex neceſſitate, vel commoditate, & hoc quando à judice præcipitur: ſecus ſi ab apparitore, & officiali judicis habente commiſſionem ad exſequendum, prehendendum, & commiſſarios deputandum: non enim poteſt intus deputare, ſed ſervare, quod hic dicitur, aliud eſt in exſequutore mixto, & etiam in mero exſequutore, quando deputatio curatoris eſt magnæ neceſſitatis, & non poteſt pati dilationem. ut in num. 15.

16 Curator bonorum invitus datur ad mandatum principis ſupremi; niſi juſtam habeat excuſationem, ut hic.

17 Curator ad litem, vel lites invitus an detur? & n. 20.

18 Curator ſemel ab adulto accepto tenetur hic, & ſtare cogitur ſub ejus cura, uſq; ad 25. ann.

19 Curatorem adultus invitus accipere cogitur de mandato Regis.

21 Curator dari etiam poteſt pupillo carenti tutore per judicem, etiam ex officio, ut in num. 22.

23 Curatorem ad lites dabit judex, qui liti præeſt, etiamſi ſit delegatus.

24 Curator ad lites infanti dandus non eſt, ſed tutor.

25 Curator ad lites melius eſt, ut unus detur, quamvis plures dari poſſunt, ſed præſens dari debet.

26 Curator ad litem quandocunq; revocari poteſt, ſecus eſt in tutore.

27 Curator ad litem, vel ad lites inventarium facere non tenetur.

28 Curator in teſtamento relinqui non poteſt, ſed relictus ſi ita expediat, confirmari debet à judice, & an hoc procedat, etiamſi adultus curatorem nolit habere? agitur numero 30.

29 Ratio differentiæ quare tutor in teſtamento relinqui poſſit, curator vero minime.

31 Patre curatorem filio ſuo primogenito ſibi in majoratu ſucceſſuro dante, illum filius acceptare cogitur.

32 Tutorem habenti, tutor dari non poteſt, alias datio erit nulla, etiamſi ex diſpoſitione ſtatuti id fiat, ſi datio contutoris eadem die fiat, in qua datus fuit primus tutor. ut in num. 33. cum ſeqq.

¶ Tutorem habenti poteſt dari tutor inquam pluribus caſibus, de quibus in num. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. ſed tunc non eſt vere curator hic ſecundo datus, ſed adminiſtrator, ut in num. 53.

42 Curatores adjungi ſolent ob augmentum facultatum, non tamen prius dati tutores adminiſtratione earum liberantur.

¶ Tutore tempore finitæ tutelæ exſiſtente ſolvendo, ſequentis temporis periculum ad tutorem non pertinet, eod. n. 42.

43 Curator appellatur datus habenti tutorem impeditum, alii appellant eum tutorem. Poterit tamen judex utrumq; facere, vel tutorem dare, vel curatorem, & erit utilius quod detur tutor, ut in n. 44. & finitur officium hujus

hujus tutoris, vel curatoris finito impedimento primi tutoris, ut in num. 45.

46 Tutor cum ſecundus datur habenti tutorem impeditum, primus deſinit eſſe tutor, & tenetur hic ſecundus ſolemnia obſervare, & proprio periculo rem adminiſtrat, ſed magis adminiſtrator rerum, quam curator eſſe dicitur. Unde in omnibus, quæ juris ſunt, auctoritatem interponere non poteſt, ut in num. 47. & alienare non poteſt, nec obligare pupillum, nec alia gerere, quæ juris ſunt, ut in num. 48. nec hereditatem adire, numero 49.

50 Tutor primus abſens cauſſa reipublicæ, dato ob id curatore minori, deſinit eſſe tutor, & ſecundus curator eſt.

51 Tutore primo dato deſinente eſſe tutore in perpetuum, tunc ſecundus in locum ipſius ſuffectus tutor eſt. & idem tutore primo ſe excuſante, & à parte adminiſtrationis, ut in num. 52. & tunc hic ſecundo loco datus verus tutor, & curator eſt, & omnia facere poteſt, quæ primus tutor facere poterat, ut in num. 54.

CAPUT XIX.

De curatoribus adultorum.

1 CURATORES vocantur † dati majoribus 14. ann. minoribus tamen 25. annorum ſanæ mentis, & etiam majoribus furioſis, & mente captis: Adulti tamen ſanæ mentis inviti curatores non recipiunt; præterquam in litem: Curator autem in teſtamento dari non poteſt: datus vero, ſi utilitati minoris expediat, confirmandus eſt à judice: Habenti vero tutorem, alius non datur, niſi primus male adminiſtret, aut ſuis negotiis taliter occupetur, quod bona minoris adminiſtrare nequiret, aut ſi in adverſam valetudinem incideret, vel in longam peregrinationem, vel aliud longum iter eſſet iturus, tunc enim ejus loco datur curator, donec primus ſanus efficiatur, vel redeat ab itinere, quod peregiſſet. Ita diſponit *l. 13. tit. 16. part 6.*

2 De curatoribus † datis majoribus 14. ann. minoribus tamen 25. annorum ſanæ mentis, habemus etiam l. Regiam præcedentem, nempe 12. *tit. 16. ad finem, partita 6.* ubi diximus, & agit Molina Theologus *de juſtitia & jure, tractat. 2. diſputat. 220. pagina 1353. verſiculo, curator vero,* & eſt textus de jure communi, *in principio Inſt. de curat.* ubi ea redditur ratio, quia licet puberes ſint, adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint: additur inſuper, quod dantur curatores ab eiſdem magiſtratibus, à quibus, & tutores.

3 De curatore furioſi, † & mente capti diximus ſupra alio capite. Obſerva tamen, quod iſta lex æquiparat furioſum, & mente captum; prout fit ſemper in legibus partitarum: differunt tamen, quia cura furioſi eſt legitima, mente capti vero eſt dativa: licet debeat judex etiam mente captis dare curatorem legitime, *ut ibi diximus*, & probat *in §. 1. Inſtitut. de cura. ibi, tamen in curatione ſunt agnatorum ex l. duodecim tabularum.*

4 Idem † eſt dicendum in prodigo, mente captis, ſurdis, & mutis, & his, qui perpetuo morbo laborant. Eis namque, quia rebus ſuis intereſſe non poſſunt, curatores dandi ſunt, *ut in dict. §. 1. & in l. 1. ff. de curat. furioſ.* Prodigo autem curator dari non poteſt, antequam bonis illi fuerit interdictum: in † qua interdictione cauſſæ cognitio requiritur, ſcilicet prodigi citatione prævia, *ſecundum Angel. Paul. Caſtrenſ. & ceteros Doctores in l. is, cui bonis, ff. de verb. obligat. & Pomates ad Bart. in l. qui habet, §. quolibet, ff. de tutel. litera H. & Anton. Piag. de tut. & curat. q. 2. num. 34.*

(The 5 stands in the margin beside the line “nis illi fuerit interdictum: in † qua interdictione cauſſæ”.)

6 Limitari † tamen poteſt hoc de citatione ſecundum, Bald. *in dict. l. is, cui bonis*, præterquam ſi notorium eſſet, illum eſſe prodigum: quia tunc non requiritur alia citatio, quod tamen non eſt ſine dubio, *ſecundum Pomat. ubi ſupra*, quia pendet ab illo dubio paſſu, an in notariis requiratur citatio: Et magis communis concluſio eſt, quod ipſa requiratur, Abbas tamen *in cap. cum ſit Romana, de appell.* dicit, quod ante eſt tale notorium, ex quo conſtat nullam eſſe defenſionem, & tunc non requiritur citatio, aut econtra, & tunc ſecus: & ita poteſt diſtingui in propoſito noſtræ limitationis. An autem in notoriis poſſit ferri ſententia excommunicationis, monitione non præmiſſa nec ne? agit bene Doct. Covarr. *in cap. alma mater, 1. part. relect. §. 9. num. 6. de ſententia excommun. in ſexto, & Ugolinus de cenſur. 1. Tabul. c. 16. §. 7. fol. 241.*

Prædicta autem † cauſſæ cognitio requiritur etiam 7
in donatione curatoris furioſi & mente capti, ſcilicet, ut aliqualiter de furore, & alia cauſſa, propter quam datur curator, conſtet, *l. obſervare, ff. de curator. furioſ* ubi Bald. *poſt Jacob. de Aret.* quod judex debet adhibere medicos, qui hoc cognoſcant, *argumento l. ſemel, C. de re milit. lib. 12. ſequitur Gregor. Lopez, in dict. l. 13. in gloſſa. Locos o deſmemoriados, ad finem*, ubi etiam, quod poteſt dari talis curator cum inquiſitione, vel abſque ea, *ſecundum Alex. conſ. 86. viſis dubitationibus, vol. 2.*

Illud † tamen non eſt ignorandum, quod legitimis de- 8
ficientibus, judex veniet ad dationem curatorum, non tantum ex inquiſitione, ſed etiam ſine ea, *ſecundum Alex. ubi ſupra, num. 7.* quem etiam ſequitur Piagius, *dict. queſt. 2. ſub num. 32.*

Sed & alios plures caſus, in quibus aliis perſonis & bonis dantur curatores, congerit Anton. Piag. *ubi ſupra, n. 36. cum ſequentibus.*

Illa † tamen differentia eſt in propoſito inter tuto- 9
rem & curatorem, quod licet regulariter tutor certæ rei dari non poſſit, *ut in l. certarum, cum duabus ſequent. ff. de teſtament. tut.* & ibi Bartol. aſſignat rationem *Paul. Caſtren. in l. ſi ad ſpecies, ff. rem pupill. ſalvam fore. Bart. in l. ſi hereditas, ff. de teſtam. tutor. & in l. impuberi, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, Deci. conſil. 479. expreſſa l. 1. ad fin.* ibi, *Otroſi dezimos que el guardador deue ſer dado para guardar la perſona del moço e ſus bienes, e non deve ſer pueſto por una coſa, o un pleyto ſenualado tan ſola mente*, & ibi Greg. Lopez in gloſſ. fin.

Tamen † ad adeundam hereditatem ſpeciale eſt, ut 10
tutor dari poſſit, *l. cum in una, §. tutor, ff. de appell. & ibi notant Doctores & Paul. in dict. l. & ſi ad ſpecies, & prædict. allegans Baec. de decim. tutor. cap. 17. num. 2.* Curator tamen bene poteſt dari ad unum actum, *l. non tantum, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Barto. in dict. l. certarum, columna 1. ad finem plures alios citans idem probat Baeca, ubi ſupra, num. 3.*

Ulterius circa illa verba noſtræ l. 13. ibi, *Pero los que ſon en acuerdo non pueden ſer apremiados que reciban tales guardadores ſi no quieren*: obſervandum eſt, idem pro-
bari in dict. *§. 1. Inſt. de curat. ibi.* Item inviti † adoleſcen- 11
tes curatorem non accipiunt, ipſi tamen curatores invi-
ti dantur, *ſecundum Bart. in l. illud, ff. de tut. & curat. dat.*
ab his: ſive † dentur principaliter negotiis & ſecundario 12
perſonæ, *ut in l. fin. in princ. C. de adminiſtr. tut.* ſive principaliter dentur perſonæ mente capti & furioſi, *ſecundum Salyc. in l. 1. C. qui petant. tut. Greg. Lopez in d. l. 13. in gloſ. Apremiados, & optime Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 6. gl. 6. nu. 9.* Cum enim hi publico munere fungantur, & neceſſario, quia dantur perſonis vel propter perſonarum imbecillitatem vel incapacitatem, *ut in d. l. fin. in princ. C. de adminiſtr. tut.* Merito ut inviti etiam, niſi legitimam excuſationem habeant, conſtituantur: ſecus eſt; ſi propter aliam cauſſam committatur circa rerum tantum: tunc enim eſt officium privatum, & per ſe voluntarium, quia perſonæ neceſſitas majori indiget proviſione & ſubventione, *ita Molin. ubi ſupra.*

Hinc eſt, † ut curator bonorum non detur invitus, *l.* 13

2.§.quæritur,& ibi Bart.ff.de curat.bon.dan.Bald. & Salycet.in l.tutor.C.de neg.geſt.Odofred.in tract. de cur.bon. dand.num.43.Bar.in l.qui habet,§.ſi pupillus, num.2 ff. de tut.ubi limitat ſi adſit cauſſa,ſequitur plures referens Bae. de decim.tut.cap.16.num.23.& ante eum Carol.Molin.u-
14 bi ſupr.num.2.ubi † etiam quod commiſſarius non tenetur acceptare commiſſariam,& quod officium ſequeſtri eſt voluntarium,& non neceſſarium.

15 Fallit † etiam ex neceſſitate, ut quia res ſunt in periculo & non poteſt aliter commode provideri,quam per deputationem curatoris, & nullus voluntarius invenitur,tunc enim cogitur etiam invitus.text.eſt in d.§ quæritur,& ibi gloſſ.& Angel.Carol.Molin. ubi ſupra, num.3. ubi idem putat nedum propter neceſſitatem, ſed etiam propter commoditatem,ut ſi non ſit idoneor,quam Titius, qui eſt vicinus, & habet notitiam rei prehenſæ, & pertinentiarum ejus,& peritiam gubernandi,nec habet aliquam rationabilem excuſationem,puta quod ſit conſanguineus vel affinis illius,contra quem proceditur,vel multis litibus,aut tutelis, aut aliis negotiis valde implicatus:tunc enim licet perquirendo forte poſſent alii voluntarii idonei, ſed non æque reperiri, putat Molineus, commoditatem adminiſtrationis cum ceſſatione alterius incommoditatis Titii eſſe cauſſam ſufficientem, ut judex ex officio poſſit,ſi velit,&ulterius de aliis inquirere,non gravatur, deputare Titium etiam invitum, ad hujuſmodi curam:ſic tamen, ut ponat ſolum operam & non impenſam aliquam de ſuo. Et ita videtur ſentire Bald. in l.1. in fin. ff. ubi pupill. educ.deb.ſequitur Curt.in tractat.de ſequeſtrat. quæſt.2.quos ad hoc refert & ſequitur Molin.ubi ſupr.num.3.qui nu.4.intelligit,poſſe invitum cogi demum à judice & cauſſa cognita, ſecus ab apparitore & officiali judicis habentis commiſſionem, ad exſequendum, prehendendum, & commiſſarios deputandum: non enim poſſet invitos deputare, etiamſi nullos voluntarios inveniret, ſed debet opponentes vel recuſantes ad diem certam evocare, coram judice dicturos cauſſas oppoſitionis & recuſationis, & compellendos ad commiſſionem ſuſcipiendam : ſecus eſſe dicit n.5. in exſequutore mixto,qui eſt judex delegatus,& num.6. idem probat,etiam in mero exſequutore,quando deputatio curatoris eſt magnæ neceſſitatis,& non poteſt pati dilationem,& agitur de periculo magnæ rei : tunc namque neceſſitati parendum eſt, quantum ſalvo juris ordine fieri poteſt,ut ibi latius per eum.

16 Fallit † etiam prædicta Reg. principalis, quæ habet, quod curator bonorum non datur invitus, ut procedat, niſi ad mandatum & præceptum ſpeciale ſupremi Principis,cui omnes ſubditi obedire tenentur, cap.2. de major. & obed. ita Molin. ubi ſupra, num.8. Addens,quod ſi ſe minus idoneum vel impotentem, aut alia neceſſitate impeditum ſentiat, debet reverenter notificare, & ſupplicare Principi pro exoneratione ſua,tunc Princeps qui eſt juſtitiæ vigor.l.prohib.in fin.C.de jur.fiſ.lib.10. & ipſa juſtitia & lex animata,ut in auth.de conſult.ad fin.collat.4. non patietur quemquam ſupra vires onerari.

17 Similiter † curator ad litem,vel ad lites non datur invitus, nec cogitur acceptare officium, ſecundum Jacob. de Aret.& Bar.in l.qui habet,§.ſi pupillus per text.ibi,ff.de tutel.Bald.in l.quæ fortuitus,num.16.C.de pign.act. Alex. Bald.& Salyc.in l.tutori,C.de negot.geſt.Alexan.conſ.122. lib.1.& conſ.85.lib.2.Angel.Aret.in princ.Inſtit.de curat. col.final.verſ.quid econtra.

Fundamentum hujus opinionis duplex eſt, primum, ex d.§.ſi pupillus, ubi dicitur,talem curatorem neminem dari poſſe,niſi præſentem:ex quo innuitur,quod non niſi volens & acceptans dari poteſt, alioqui fruſtra requireretur ejus præſentia,quia qui invitus deputari non poteſt,ejus præſentia non curatur, tunc enim etiam abſens deputatur,l.illud,ff.de tut.& curat.dat.ab his.

Secundum fundamentum eſt text. in authen.ut liceat matri & aviæ,in princ. in verſ.ſi vero forſan. collat. 8. ubi loquitur de gubernatore, ſive curatore dando certæ rei filiifamilias minoris, & clare innuit text. nolentem non committi: & ſic videtur, quod jura de coactione tutorũ & curatorum intelligantur, prout etiam loquuntur de tutoribus vel curatoribus generalibus ſive univerſalibus tantum,& non de curatore ſpeciali ad certam rem,& ſic nec de curatore ad lites tantum, vel ad unam certam litem tantum : quoniam in defectu iſtorum non eſt tantũ periculũ,ſicut in defectu generalis adminiſtratoris. Unde dicta jura non debent ad iſtos extendi, ut punctualiter decidit Aret.conſ.29.diligenter & mature col.4.verſic. præterea ſicut,ſub num.4.

His tamen non obſtantibus contraria ſententia,nempe,ut curator ad litem vel lites poſſit invitus dari,tenent Oldr.conſ.59.vertitur in dubium,in fin. Alber.in rub.circa med.C.de in lit.dand.tut.vel cur.& Specal.in tit.de curat.§.cum autem,verſ.ſed nunquid invitus,& ibi Joann. Andr.in addit.in verſ. ſpecialem,cum quo tranſit Ang. in d.2.l.§.quæritur,ff.de curat.Bald.in d.§.ſi pupillus & ſentit Bart.in l.eundem q.6.verſ.2.caſu,ff.de duob.reis.Et inquit Carol.Molin.d.§.6.gl.6.n.11.quod hanc putat de jure veriorem,& procedere,ſive ſit curator generalis ad omnes lites, ſive ſingularis ad unam certam tantum, ſive etiam ad certum actum,vel contractum tantũ, ut in l. non tantum.ff. de tut.& curat.dat.ab his, non enim in hoc facit differentiam, quantum ad hunc articulum : tum quia in utroq; agitur de neceſſaria ſubventione perſonæ,& ejus legitimatione, tum quia eſt text. apertus in l. muner. §. defenſores,ff. de mun.& honor, defenſionem certæ cauſſæ agendæ,vel defendendæ,atq; eſſe munus publicum perſonale & neceſſariũ,ac defenſio generalis,quæ committitur ſyndico: Ad hoc ergo, ut cura ſit munus publicum, ſufficit, quod detur ad legitimationem ſive integrationem perſonæ,cum qua opinione videtur etiam tranſire Baec. de decim.tut.cap.17.num.17. & tenet Ant. Piag. de tut.& curat. q.2.n.61. Et ita eſt tenendum & obſervatur quotidie in praxi,& dicemus, infra num.20.

Non obſtat primum fundamentum partis contrariæ nempe dict.§.ſi pupillus,quia ibi non fruſtra deſideratur præſentia deputandi curatoris, non propter intereſſe futuri curatoris, nec ad hoc, ut conſentiat, ſed propter juramentum à curatore præſtandum, & propter intereſſe pupilli, & cauſſæ jam actu motæ egentis actuali & præſenti defenſore,qui ſtatim poſſit inſtrui, & ſtatim agere,vel defendere,quæ non poſſunt fieri, nec obtineri ab abſente.

Ad verſic. ſi vero forſan, reſpondetur, non concludere, nec probare contrarium, ideo debet intelligi ſecundum alia jura. Ita reſpondet Molineus,ubi ſupra. & tandem inquit, quod ita quotidie in judiciis practicatur: Addit etiam,quod licet hanc opinionem admittat, non tamen id ita proclive eſt, ac ſi de generali curatore ageretur, in quo verſatur major neceſſitas & maius periculum, & ſic cautius & aſtrictius agendum in eo deputando,quam in particulari. Unde non male videtur dixiſſe Gregor.Lopez,in d.l.13.in gloſſ.Apremiados ad fin.quod curator ad litem debet dari volens,& ex cauſſa poſſet invitus dari.Sed melius diceret per contrarium,nempe,ut curator invitus detur ad litem vel lites, ſed ex cauſſa legitima excuſetur.

Sed † ut ad curatorem bonis & perſonæ adultis dandum, ut eum inviti adoleſcentes non accipiant, redea- 18
mus:hoc dupliciter eſt moderandum. Primo,quod ſi ſemel eum acceperunt, teneantur & cogantur ſtare ſub eius cura, uſque ad 25. annum, ſecundum Abb. conſil. 91. volumine 1. quem refert & ſequitur Gregorius Lopez in dicta lege 13. in gloſſa Apremiados, in principio, & Baeça

& Baeça de decim.tuto. cap.5.num.16. Molin. Theolog. ubi ſupra col.1353.ad fin.

19 Secundo, † quod non procedat prædicta regula, ſi Rex mandet dari adulto curatorem, quia tunc dandus eſt curator etiam invito,ita Reb.in primo tom.Comment. ad ll.Gallicas in titulo de ſentent.proviſio.articul. 3.gloſſ.2. num.10.fol.278.

Tertio † in litem vel ad lites adulti etiam inviti cura-
20 torem recipiunt,d.§. item inviti, ibi, præterquam in litem,Inſti.de curat.& l. qui habet, §.ſi pupillus,ff. de tutel. & dict.leg.13.ibi.Fueras ende ſi fizieſſen demanda à alguno en juyzio o otro la fizieſſe à ellos, ca eſtonce los juzgadores les puedendar tales guardadores como eſtos. Idem probat l.11.tit.2.par.3.diximus latius ſupra,num.17.

Pupillo † carenti tutore poteſt etiam dari curator ad
21 litem,Alex.conſil.122.videtur prima facie,volum.1. Greg. Lopez,in dict.leg.decima tertia,in gloſſa,Ca eſtonce,ad fin. Et hoc non tantum ad lites, ſed ad negotia peragenda, l.1.§.ſi curator,ff.de eo,qui pro tut. Quod † ſi pupillus il-
22 lum nominare nolit, iudex ex officio eum nominat, ſecundum Matthæum de Afflict.deciſione Neapo. 256.n.2. & etiam non petentibus dantur per rationem, quam ponit Ripa in l.4.§.hoc autem iudicium, n.41. ff.de damno infecto,quem ſequitur Piagius de tut.& curator.quæſt. 2.n.66.ubi numer.ſequenti, quod illum curatorem ad lites dabit iudex, qui liti præerit, etiam quod ſit delegatus,ſecundum Bar.in l,fin.§.ſed & ſi quis,per † illum tex-
23 tum, C. de adminiſtratione tutorum, quem tex. non eſſe alibi teſtatur Alex.in l.1.n.21.ff.de iuriſd.omn.iud.& Ang. in prin.n.5.Inſt. de curat.& tamen in ceteris caſibus curatorem dabit iudex ordinarius,& idem,qui dat tutores ſecund.Spec.in tit.de cura.§.viſo, in prin.

Quæ autem † dicta ſunt de curatore dando impube-
24 ri ad litem,procedunt,ſi maior ſit ſeptennio. Nam ſi eſſet infans,omnino dandus eſt tutor, non vero curator, ita Alex.conſ.122. videtur prima facie ad finem libri primi,Matth.de Affl.deciſ.Neap.292.n.4.ſequitur alios allegans deciſ.Pedemont.89.n.1.7.8.9.& Anton. Piag. ubi ſupra n.59.Non enim, niſi præſenti & petenti datur, ut in dicta l.qui habet,§.ſi pupillus,& ibi gloſſa, & Bartol. ff. de tutel.& infans fari,id eſt,ordinate loqui non poteſt,quia non intelligit,quæ agit,text.in §.pupillus,verſic.quod diximus,Inſt.de inuti.ſtipul,l.fin. ff. rem pupill. ſalvam fore, l.ſi.ff.de iur.& fact.ign.cum ſimil. congeſtis per deciſ.Pedemont.ubi ſupr.num.2.

25 Et melius eſt,† ut unus tantum curator ad litem detur, quam plures, quamvis etiam plures dari poſſunt, dummodo in ſolidum hoc fiat, ut per Bartolum, in lege cum ſemel,ff.de tut. Antonius Piagius,ubi ſupr.n. 60. Nec dantur his,qui habent tutores,niſi ſit lis cum eis,Socinus iunior conſil.46,magnifice ac iuſtiſſime,num. 4.& 6.lib.1. Piag.d.qu.2.n.62.ubi,n. 64. cavendum eſſe admonet,ut quando tales curatores dantur, notarius diligens ſit, ut in inſtrumento curæ apponat,quod præſens datur præſenti,ſecundum Bartol.in l.3.§.ſi pupillus, n. 2.ff. de tutel. Matth.de Afflict. d.deciſ. 262.n. 5.Inſuper etiam bene faciet,ſi apponat, & petenti maxime in pupillo, ut tex. in. d.l. qui hab. §.ſi pupillus, el.quamvis ſecus dicendum ſit in curatore dato furioſo, vel prodigo, quibus etiam non petentibus dantur,Piag.ubi ſupra d. qu. 2. num.85. & 66. & diximus ſupra.

26 Curator † ad litem, quandocunque revocari poteſt, licet ſecus ſit in tutore, Bart. & Alb. in l. ſi quis eum, §. Iul.ff.de proc.l.curator.C.qui dari tut.poſ.Alb.in rub.n.8. ff.de proc.quos ad hoc refert & ſequitur Bae. de decim.tut. c.17.n.19.ubi alia in propoſito curatoris ad litem agit.

Curator † tamen ad litem vel ad lites, cum nihil reci-
27 piat,nec ei ſolvi poſſit, inventarium facere non tenetur, ut poſt alios probat,& tenet Carol.Mol.in d. §. 6.gl.6.n. 2.tit.1.& Baec.d.c.17.num.16.

In † tex.Regio dict.l.13.tit.16.p.6.ibi, Otroſi dezimos 28
que el curador no deve ſer dexado en el teſtamento, Pero ſi fuere y pueſto, e el juzgador entendiere que es apro del moço develo confirmar.Idem probat tex. in d. §. 1. Inſtit. de curat.in verſic.ſed curatorem, &c. & l.1.§.fin.& l.3.in verſ.an autem.ff.de confirm.tut l.tutelæ,§.curat, C. de teſtam.tut.& l.curatorem,C.de neg.geſt.

Circa † rationem differentiæ in propoſito,quare tu- 29
tor impuberibus filiis à patre in teſtamento recte dari poſſit,curator vero adultis minime. valde laborant ſcribentes in §. dantur, Inſtit. de curat. pluresque aſſignant Bald.Othoman.& Mynſing. ibi, & maxime Sylveſt.nu. 2.Vera tamen,genuina, & germana ratio eſt, legem 12. Tabul. tutelam duntaxat expreſſiſſe, non vero curam, ibi ſuper pecunia tutelave:melius in l.verbis legis 120.ff.de verb.ſignif.ubi ſic dicitur, verbis legis 12. Tabularum, is uti legaſſet ſuæ rei,ita ius eſto: latiſſime poteſtas tributa videtur, & heredis inſtituendi, & legata, & libertates dandi:tutelas quoque conſtituendi:ideoque ultra quam in ipſa lege conceſſum, & nominatim patri permiſſum eſt,extendi nequaquam poteſt, nec exerceri eius poteſtatem,ut probat late Cald.ubi ſupra,nempe in repet. dict. l.ſi curatorem habens,in parte ſine curatore conſtitutus, n. 62.pagin.1112. ubi prædictam rationem differentiæ aſſignat & tenet.

Illud † tamen in propoſito dubitari contingit,an hu- 30
iuſmodi curator in teſtamento patris datus,debeat confirmari à iudice,etiamſi adultus nolit habere curatorem ſi tamen utilis ſit pupillo : alias enim iudex non debet eum confirmare? Et videtur quod non, quia inviti adoleſcentes curatorem non recipiunt, præterquam ad litem,ut modo dicebamus ex eiſdem iuribus : Nihilominus tamen contraria ſententia eſt tenenda, ut patet ex dicta l. Regia,ibi,Develo confirmar.Et ſic videtur neceſſitatem inducere,cum poſtquam præmiſerit, quod inviti adoleſcentes,curatorem non accipiunt, ſubdit, quod ſi curator detur in teſtamento,debet confirmari.Quod iure communi attento probarunt Odofred. & Ioan. de Platea, quos refert & iure etiam Regio noſtram l. ſe-
quitur † Greg.Lopez,in dict.l.13 in gl. Develo confirmar 31
& Pelaez de maiorat.4.par.q.37.n. 2 fol,524. inferens ex hoc num.3.quod ſi pater filio primogenito ſibi in maioratu ſucceſſuro curatorem det, illum filius minor accipere cogitur.

In eadem † l.Regia, ibi, E cun decimos que el huerfano 32
que ha guardador non le deven dar otro. Concordat cum l.cum iure.C.qui pet.tut.& l.licet,C.in quib.caſ.tut.hab. & l.propter lit. §.1.ff.de exeuſ.tut.§.interdum, Inſt.de cur. ibi quoniam habenti tutorem tut.dari non poteſt,& ſcribit Specul.in tit.de tut.§.generaliter, n. 8.ubi aliquibus modis limit.& alios referens Baec.de decim.tut.c 8.n.2.cum ſeq. Petrus Pechius,in tract.de teſtam. coniug.lib.2.cap.9. Charta 73.relatus ad hoc per Caval.in indice ad ſuum tractatum de tut.& cura,in verſ.tutorem habenti, &c. Et talis datio tutelæ habenti tutorem, cum regulariter fieri non poſſit,niſi in caſibus ſpecialibus, ſi alias fiat,eſt nulla,ut habetur in §.interdum & ibi glo.& Dd.Inſtit.de cur. & in l.ſi ſororis,C.qui dar. tut. poſſ.& in l.licet & in l.propter,C.in quib. caſ.tut.hab.& tenet Philip. Corneus conſ. 281.præmittendum eſt,col.2.in princ.vol.1.& conſ.132.fundata videtur.col.penult.vol.2.quem refert & ſequitur Paris.conſ.85.n.1.vol.3. ubi n. 2. quod in prædictis locis habetur, quod ſi eſſet caſus ſpecialis, in quo tutorem habenti tutor poſſit dari, ſi tamen exprimatur alia cauſſa, propter quam datur, quæ de iure non deberet admitti, talis datio eſt nulla & invalida, etiamſi interveniſſet decretum iudicis, ſequitur Menoch. conſ. 380. numer. 1. vol. 4.

Quinimo † ſi ex diſpoſitione ſtatuti poſſit dari tutor 33
habenti tutorẽ, talis datio erit nullius momenti, ſi contingat,

tingat, quod contutor una die petatur, & eadem die fuerit datus à iudice; ex quo propter temporis brevitatem præſumtio eſt, iudicem non diſcuſſiſſe utilitatem pupilli, ita Petrus de Anchar. conſ. 36. viſa quadam petitione per totum & præcipue, n.4. quem refert & ſequitur Curt. Senior conſ. 46. ſuper controverſia col. 3. verſ. & in propoſito Thom. Serra caut. ultima, col. 4. Pariſ. ubi ſupra, num. 3. Menoch. etiam ubi ſupra num. 3.

34 Excipiuntur † à noſtra l. Regia caſus ſequentes. Si aquel que lo tiene en guarda fueſſe ome de mal recado, o tal que oviesſe de ver tanto en lo ſuyo que no pudieſſe aliñnar los bienes del huerfano, o ſi enfermaſſe, o ovieſſe de yr en romeria, o en otro gran camino, ca eſtonce pueden le dar otro grardador que lo guarde en lugar de aquel a quien dizen en latin, curator, fuſta que el otro ſea ſano, o torne del camino, do onieſſe ydo.

35 Item † ſi teſtamento datus tutor, vel à prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtraret, ſolet ei curator adiungi: item loco tutorum, qui non in perpetuum,
36 ſed † ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari, d. §. interdum, verſ. item ſi teſtamento, Inſti. de curator.

37 Et generaliter, † quoties tutor adverſa valetudine, vel alia neceſſitate impeditur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit, & pupillus, vel abſens, vel infans ſit, quem velit actorem periculo ipſius tutoris, prætor, vel, qui provinciæ præeſt, conſtituet, vt in §. quod ſi tutor, qui eſt fin. Inſt. de curat. Itaque, quando pupillus ha-
38 bet tutorem impeditum, in eius locum datur ſibi coadiutor, ſecund. Bart. in ſolet, n.3. ff. de tutel. & ille quidem † tantum durat, quantum neceſſitas, l. neq., C. de procur. refert. Ant. Piag. de tut. & curat. quæſt. 4. n.5. & probatur in hac lege noſtra 13. ad fin. in verſic. ca eſtonce, in verbis ſupra relatis, & in l. 1. C. in quib. caſi. tut. hab. &c.

39 Similiter † quando fuerunt dati plures tutores teſtamento, & vnus ex his removetur aut decedit, tunc poterit dari alius tutor, quantūcunque pupillus tutorem habere dicatur, ſecundum Corn. conſ. 175. in præſenti conſultatione, in princip. & num. 8. lib. 3. quem refert & ſequitur Ant. Piag. d. q. 4. n. 4.

40 Ex iuſta igitur † cauſſa, ſcilicet, ſi tutor ſit impeditus, datur alius tutor, puta propter valetudinem, vt vidimus & probatur in noſtra lege Regia, ſenium, furorem,
41 vel ſurditatem † primi tutoris, l. 1. ff. de tut. item, ſi prim⁹ tutor relegatur ad tempus, l. licet, in fin. C. in quib. caſib. tut. hab. vel ſi ab aliqua parte adminiſtrationis ſeſe excuſet, puta ſi pupillus habeat bona in diverſis regionibus, & ſolus adminiſtrationi non ſufficiat, vt in l. 3. C. eodem titulo; & in l. propter litem. §. 1. ff. de excuſat. tut. Idem ſi primus tutor abſit cauſſa reipublicæ, vt in l. ſi quis abſuturus, ff. de ſuſpect. tut. l. quæſitum, ff. de tut. Imo, vel alias eſſet longum iter iturus, vt in noſtra l. Reg. & tradit Baec. vbi ſup. d. c. 8. n. 3. item in locum ſuſpecti, qui conuictus ac remotus eſt, & in locum excuſati, vel defuncti, vel relegati tutoris, alius idoneus tutor ſententia competentis iudicis conſtitui ſolet, d. l. licet.

42 Præterea † ob augmentum facultatum curatores adiungi ſolent, non tamen prius dati tutores adminiſtratione eorum liberantur, vt in l. fin. C. in quibus caſib. tut. hab. vbi etiam, quod ſi is, qui adminiſtravit tempore finitæ tutelæ fuit ſolvendo, ſequuti temporis periculum ad tutorem non pertinet.

43 Præterea † dum dict. l. 13. ad fin. tit. 16. part. 6. appellat curatorem datum habenti tutorem impeditum, videtur approbare opinionem Irnerii, quæ etiam fuit opinio Placentini, de qua in rubric. C. in quib. caſibus tut. hab. ut ibi dicit Azo in ſumma, tametſi ipſe Azo teneat, quod etiam dicitur tutor in prædict. caſibus ſpecialibus. Idem tenet Salycet. in dict. rubric. & in l. 1. C. eodem titu. quod etiam probatur in l. penult. ff. de tutel. & in authent. de nupt. §. ſin autem, collatione 4. & tenet alios referēs Baeca dict. cap. 8. nu. 4. Poſſet ergo iudex ſecund. Greg. Lopez in dict. l. 13. glo. fin. facere † utrumque, vel tutorem 44 ſcilicet dare, vel curatorem, & erit utilius, quod detur tutor ut ibi dicit Azo.

Et † finiatur officium iſtius tutoris vel curatoris, ſublato impedimento primi tutoris, ut in noſtra l. Regia cavetur in fine ipſius & ſupra diximus, & probat late Baeca dict. cap. 8. n. 16. Similiter & poſt pubertatem minoris, ſicut & ipſa prima tutela, ut in l. 2. C. in quibus caſibus tut. habes. ubi notant Barto. Bald. & Salyc. quos refert Baeça de decim. tut. c. 8. num. 10. 45

Vlterius eſt † obſervandum, quod cum ſecundus datur, ſi primus deſinit eſſe tutor, ut cum aliis probat Baec. dict. cap. 8. num. 6. veluti ſi tutor reipublicæ cauſſa abſit, quia datur in locum eius curator, & primus deſinit eſſe tutor, ut in l. 1. C. in quib. caſibus tut. hab. & ibi Doctores, Probatur etiam in l. ſi tut. reipublicæ, ff. de tutel. & ratio. diſtr. & ibi notant Alberic. & communem Baeca, ubi ſupr. n. 17. & hic ſecundus habet liberam generalemque adminiſtrationem, ut habebat primus ex Alberic. in dict. l. fin. C. in quibus caſibus tut. hab. & Baeca, ubi ſupra, d. c. 8. n. 7. & tenet hic ſecundus eadem ſolemnia obſervare, ſecundum Bartolum in l. tut. qui repertorium col. 1. ff. de adminiſtr. tut. poſt Dyn. Alber. in d. l. de creationibus, col. penul. C. de Epiſco. audi. Baec. dict. cap. 8. n. 9. quod proprio periculo rem adminiſtrat. ſecund. Bar. ubi ſupra & alios, quos refert ex l. 1. & 2. C. in quibus caſibus tut. hab. 46

Hic † tamen ſecundo loco datus tutor magis adminiſtrator rerum, quam curator eſſe intelligitur, l. ſolet, ff. de tutel. & ſic regulariter & impropriè appellatur curator. Et probat cum aliis Baeca, ubi ſupra d. c. 8. num. 13. Vnde in his omnibus, quæ iuris ſunt, auctoritatem interponere non poteſt, & ſi huiuſmodi aliquid ipſo auctore geſtum ſit, non valet, ſicuti factum abſque auctoritate tutoris, l. curatore, ff. de auctor. tut. Non † ergo curator hic 48 poterit alienare, nec obligare pupillum, nec alia gerere, quæ iuris ſunt, ſed tantum bona adminiſtrare & conſervare, fructus colligere & recondere, quod eſt proprium officium curatoris bonorum, ut probat hæc omnia alios allegans Baec. d. c. 8. n. 14. 47

Addens † etiam num. 14. quod licet curatore auctore adoleſcens poſſit adire hereditatem, ut in l. cum quidam, C. de adminiſtr. tut. tamen ſi habenti tutorem adiungatur ex aliqua cauſſa curator, hereditatem adire non poteſt, l. cum in una, § tutor, ff. de appellat. & ibi Barto. Doctores in l. potuit, C. de iur. deliber. & in l. pupillus ſi ſari, ff. de acquirend. heredi. quia curatori dato habenti tutorem minus iuris & poteſtatis conceditur, quam tutoribus & curatoribus adoleſcentium: Habent ergo hi curatores maiorem poteſtatem, ut nominatim gloſſ. in dict. l. ſolet, ff. de tutel. verbo, quam curator, Azo in ſumma, C. in quib. caſibus tut. hab. 49

Sed † ut materia hæc liqueat, diſtinguendi ſunt tres, vel quatuor caſus. Primus eſt, quando primus tutor reipublicæ cauſa abeſt, & datur in locum eius curator, & 50 tunc primus deſinit eſſe tutor, & ſecundus curator eſt, ut prædiximus.

Secundus caſus eſt, † quando per dationem ſecundi 51 curatoris, quis deſinit eſſe tutor in perpetuum, puta ſi primus tutor factus ſit furioſus, vel mutus, & tunc ſecundus in locum iſtius ſuffectus, tutor eſt, l. penul. ff. de tut. Idem eſt, cum mater tutrix filiorum tranſit ad ſecunda vota. In locum enim eius datur alius, qui vere tutor eſt, ut in authentica de nupt. §. ſin autem, & diximus ſupra ſuper l. 12. tit. 16. part. 6. c. 17.

Tertius caſus eſt, † quando quis poteſt ſe excuſare à 52 parte tutelæ, puta ſi pupillus habet bona in diverſis regionibus, & tutor videns ſe obligatum eſſe omnia adminiſtrare, & imparem ſe eſſe tanto negotio, utitur excuſatione,

quoad bona ſita in alia regione, petitque pupillo, quoad illa tutorem alium dari: tunc namque ipſe quoad illa deſinit eſſe tutor, ut in dicta l. propter litem, §. fina. ff. de excuſatione tutorum, & ſecundo loco datus erit verus tutor quoad ea.

53 In aliis † autem caſibus, in quibus habenti tutorem dari poteſt, puta ſi tutor ſit valetudinarius, vel ſenio confectus, vel his ſimilibus, ſecundo loco datus non eſt vere curator, ſed adminiſtrator. Et ita loquitur textus in dicta l. ſolet, ff. de tutel. ubi dicitur, ſolet etiam aliquando curator dari tutorem habenti, propter adverſam tutoris valetudinem vel ſenium ætatis, qui magis adminiſtrator rerum, quam curator eſſe intelligitur. Ita diſtinguit Angelus in rubr. C. in quibus caſibus tut. habent, prout eum refert & ſequitur Baeca de decim. tutorum, dicto c. 8. n. decimoſeptimo. Et in hac ſpecie procedit, quod ſupra diximus, num. 47. in verſiculo, hic tamen ſecundo loco datus, uſque ad verſiculum, ſed ut materia hic excluſive.

54 Ceterum in tribus caſibus huius diſtinctionis præcedentibus, cum primus tutor deſinit eſſe tutor, & ſecundus verus tutor, vel curator ſit, conſequitur, ut omnia poſſit facere, quæ primus tutor facere poterat, quia ipſe tutor deſinit, & in locum eius ſufficitur ſecundus: Et ita intelligo materiam hanc.

SUMMARIA.

1 Legis 14. tit. 16. par. 6. litera refertur, & caſus figuratur, atque per totum c. declaratur.
2 Debitores vel creditores minorum non poſſunt eſſe eorum curatores: & quid debeant iurare ab initio circa hoc.
3 Debitor minoris non poteſt eſſe eius tutor.
4 Tutor vel curator minoris eſſe non poteſt, qui eius rem poſſidet, nec habens rem communem cum eo. n. 5.
6 Tutores teſtamentarii an poſſint eſſe debitores, vel creditores minorum ubi diſtinguitur an hoc ſciverit, vel ignoraverit teſtator: ſufficit tamen aliter de ſcientia conſtare, quam ex verbis teſtamenti, ut in n. 7. in dubio autem præſumitur ignorantia, ut in n. 8.
9 Fideiuſſor debitoris pupilli eius tutor eſſe non poteſt.
10 Tutor pupilli eſſe non poteſt ille, cuius filius eſt debitor, aut creditor minoris, ſi pater habet uſumfructum in bonis talis filij.
11 Mater, vel avia, & ſi ſit debitor filii, poteſt eſſe eius tutrix, debito in ſua natura durante; ubi idem in patre avo paterno, & materno, probatur, ſecus in fratre: agitur etiam hic, an pater repellatur à tutela, eo, quod filius eius ſit debitor, vel creditor pupilli: filius tamen bene poteſt eſſe tutor, licet pater eius ſit debitor, vel creditor, ut in num. 12.
13 Debitor modicæ quantitatis poteſt eſſe tutor, vel curator minoris, & quid ſi lis ſit ſuper eo debito.
14 Lis non excuſat à tutela, vel cura ſuſcipienda, niſi ſuper omnibus bonis, vel ſuper hereditate controverſia ſit.
15 Colonus Regis eidem obligatus, non poteſt eſſe tutor vel curator minoris, & num. 16. quomodo intelligatur.
17. Tutor durante tutela non poteſt vectigalia conducere; conducta tamen antea retinet, ut in n. 18.
19 Gabellarum conductores, an excuſentur à tutela?
20 Miles actu ſerviens, tutor aut curator etiam volens eſſe non poteſt.
21 Cæcus tutor aut curator eſſe non poteſt, ſi utroque oculo careat, ſecus ſi uno tantum.
22 Impeditus morbo perpetuo, tutor vel curator eſſe non poteſt, temporali autem morbo impedito, interim datur curator, & num. 28.
23 Excommunicatus publice, & nominatim denuntiatus, tutor aut curator eſſe non poteſt: alias ſecus.
24 Teſtamenti factionem paſſivam non habens tutor aut curator eſſe non poteſt, nec mulier, ut in num. 25. nec ſervus, ut in num. 26.
27 Tutor datus à patre, qui cauſſam mutavit, puta quia de amico factus eſt inimicus, vel de divite pauper, non eſt confirmandus à iudice.
29 Iudæus hodie repellitur à tutela Chriſtiani.
30 Maritus non poteſt creari curator uxoris ſuæ, & nu. 25.
31 Socrus datus curator nurui ſuæ poſt contractas nuptias, debet ſe excuſare, ne incidat in infamiam.
22 Maritus non prohibetur dari curator ad litem uxori ſuæ, niſi lis eſſet magni præiudicij.
33 Vitricus, an poſſit eſſe tutor ſui privigni remiſſive.
34 Minor per contractum matrimonii, an efficiatur maior, ita quod liberetur à curatore ſuo? negative reſolvitur, & tunc curator cogatur ei alimenta, & ſumtus iuxta vires facultatum eiuſdem miniſtrare, & poterit etiam tunc minor veniam ætatis à principe impetrare, ut in num. 35.

CAPUT XX.

De his, qui non poſſunt eſſe tutores.

EPISCOPVS, aut † religioſus non poteſt eſſe tutor, 1 ne à divinis avocetur: ſed clerici ſeculares etiam ſacerdotes, poſſunt eſſe tutores ſanguinis prętextu, ſi intra quatuor menſes, ex quo conſanguineum cum filiis ſine tutore deceſſiſſe ſciverint, coram iudice ordinario loci venerint, & tutelam petierint: item nec pupilli debitor, niſi ſit teſtamentarius, neque obligatus ad Regis ratiocinia, nec miles dum extra domum in Regis occupatur ſervitio, vel alterius ſui domini in officio militiæ, item nec mutus, nec ſurdus, nec valetudinarius. Ita cavetur in l. 14. tit. 16. par. 6.

De Epiſcopis religioſis, & aliis clericis diximus, ſupra cap. 1, ad ibi dicta remitto lectorem, de muto, & ſurdo diximus ſup. cap. 7.

In textu ibi, los que fueſſen deudores de los moços no pueden ſer guardadores de ellos. Concordat † cum iure communi, quo excipitur non ſolum minoris debitor, ſed et- 2 iam creditor, & qui minoris res tenet: & cavetur, ut qui antea erat curator, ſi minoris creditor efficiatur, non ſine adiuncto curatore adminiſtret: quare ab initio curator minoris creatus, debet probare vel iurare, ſe credere minorem obligatum, vel res eius tenere: Nam ſi taceat, actionis ſuſtinebit iacturam, item ſi debitor taceat, nec redhibitione, nec alia tempore adminiſtrationis ſolutione iuvabitur: & ſic actionis ceſſionem adverſus minorem ſuſceperit, & ea uti non poteſt, etiam cura depoſita, nec cedens agere debet, cum in legem commiſerit, licet ceſſio pro iuſtis cauſſis facta ſit, ſed minor lucrabitur: quod etiam procedit in omni cura prodigorum, furioſorum, ac dementium, & omnium, quas introducunt leges. Ita cavetur in authentica, ut hi, qui oblig. ſe perhib. hab. res min. in principio per totum, collatione 6. & in authen. minoris debitor, C. qui dar. tut. vel curat. poſſunt, refert Molina Theologus de iuſtitia, & iure, ſecundo tractatu diſpu. 221. col. 1365. cum ſequenti.

Circa † quorum iurium praxin & intellectum: Primo obſervandum eſt, ipſa procedere, ēt in tutela, tum quia 3 eſt eadem ratio prohibitionis. Ergo & idem ius, l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio in fine primi reſponſi ff. de verborum oblig. tum etiam ex dicta authentica, ut hi, qui oblig. &c. in princ. in verſic. ſed & ſi quis, ibi, ſed adiungi tutorem aliquem, aut curatorem, &c. & in verſ. Sancimus, ibi tutelam non contingere, neque curam. Et colligitur etiam ex authentica, ut ſine prohibitione mater, §. 1. ex quibus iuribus ita tenet gloſſa, verbo ad curationem, in dict. authentica, ut hi, qui oblig. & in dict. authen. minoris debitor, verbo, ad curationem, in princip. & ibi Cyn. quæ. 1. & tenent omnes ſecundum Bar. ibi, n. 10 in fine, & Salyc. n. 8. in fine, & May-

& Mayner. in l. quo tutela, num. 25. ff. de regulis iuris, &
Curt. iunior in l. final. num. 69. C. de edicto Divi Adrian.
tollend. ſequitur plures allegans Baez. de tut. & curat. c. 3.
ſub n. 11. Eſtque recepta omnium ſententia, ut profite-
tur Caldas in repetitione l. ſi curatorem habens, in parte ſi-
ne curatore conſtitutus, n. 103. & iterum ſub num. 105. ubi,
quod fatetur eam communiter receptam, Iaſ. in rubric.
n. 13. ff. de regul. iuris, ac multi alii C. de in integ. reſtit. mi-
nor. Eſtque veriſſima, & recepta obſervatio, & probata
in noſtra l. Reg. 14. in verbis præcitatis, ibi, Non pueden
ſer guardadores dellos. Quæ verba & tutelam, & curam
recte comprehendunt, quam l. ut expreſſe confirman-
tem communem hanc ſententiam allegavit Caldas ubi
ſupr. dict. num. 105.

Secundo † obſervandum erit, procedere illa iura, et-
4 iam in illo, qui rem minoris poſſidet, quia inſtrumenta
pertinentia ad eam poſſet ſubtrahere, ut in dicta authen-
tica, ut hi, qui oblig. ibi, nec ubi ad cautionem iuretur, aut
alias probationes, quæ erant minoris, corrumpat. Sed vi-
detur ad hoc textus expreſſus in dict. authentica minoris
debitor, ibi, aut qui minoris res tenet, ubi gl. 1. ibi quidam
tamen, hanc opinionem probavit, & ſequitur Bart. ibi,
n. 7. & 8. ubi quod ita communiter tenetur. Idem pro-
fitetur Salycetus, ubi n. 7. & communem dicit Angel. in
§. fin. colum. 2. n. 5. Inſti. de auct. tut, ubi quod ab iſta com-
muni opinione non eſt recedendum, & Mainer. in dict.
l. quo tutela, num. 32. Et quamvis lex noſtra Regia 14. tit.
16. par. 6. hunc caſum non exprimat, ſed tantum, De los
deudores de los moços, nihilominus tamen, cum in eo non
dicat contrarium, remanet ſub diſpoſitione iuris com-
munis, ac proinde obſervandum erit, quod ex iure com
muni retulimus, argumento l. commodiſſime, cum ſimil. ff.
de lib. & poſthum. præmaxime cum poſſidens res mino-
ris dicatur eius debitor illarum rerum, ac proinde com-
prehenduntur ſub verbis noſtræ l. 14. ibi, Los que fueren
deudores de los moços.

Quinto † idem eſſet, ſi quis haberet res communes
5 cum minore, ut tenet gl. 1. d. auth. minoris debitor, ibi,
item quid ſi habet, quam Doctores communiter appro-
bant adverſus gloſſ. contrariam l. quod res. C. de excu. tut.
teſte Bart. in dict. auth. minoris debitor, num. 9. quia ex
comunione oritur quidam quaſi contractus producens
obligationem & actionem communi dividundo, & ſic
poteſt dici debitor & creditor, qua ratione multi ſequ-
untur hanc gl. opinionem, ſecundum Salyc. ibi, n. 8. Nihi-
lominus tamen Bart. d. nu. 9. in hoc ponit quandam di-
ſtinctionem, quæ quidem iuſta ac vera videtur, & te-
nenda, & quoties opus fuerit, ad eam accurrito.

Tertia † ſit obſeruatio, quod iuxta opinionem gloſ-
6 ſarum, aliorumq; auctorum iura illa prohibitive proce-
dunt in omnibus tutelis & curis, etiam teſtamentariis,
quia generaliter loquuntur, & eadem ratio in omnibus
tutelis militare videtur: Ita gl. in d. auth. ut hi, verbo ad
curationem & ibi Iacob. de Bellovis. & Angel. glo. etiam in
dict. auth. minoris debitor verbo à curatione glo. 1. in l. par.
ff. de procuratorib. gl. in § fin. verbo iudicio Inſtit. de auct.
tut. ubi Ioannes Faber, n. 1. hanc appellat communem &
eam defendit ibi, Sylveſt. Aldobran. d. n. 15. Et ita volunt
glo. communiter, quarum ſententia à pluribus recepta
eſt, ſecundum Bero. quæſt. 49. in prin. quamvis poſt longã
varietatem cogitandum relinquat Mayner. in dict. l. quo
tutelam, n. 26. ff. de reg. iur. Sed forte in regno Luſitaniæ
ſtabitur prædictæ opinioni gloſſarum, quæ authenticis
eſt conſona & communiter non reprobatur, ſecund.
Molin. Theolog. in loco infra citando.

Contrariam tamen opinionem, imo quod prædicta
iura non habeant locum in tutore teſtamentario, quia
eius fides videtur à teſtatore approbata, argumento, text.
in §. 1. Inſtit. de ſatiſd. tut. & in l. ſi furioſo, in fin. ff. de cur. fu
rioſ. referunt prædict. gloſſ. tenuiſſe alios, & fuit Martini
Gloſſatoris antiqui, eamque tenuit Speculat. in titulo de
tuto. §. fin. verſiculo, ſed excipitur, & Bald. in dict. authen.
minoris debitor, n. 3. & Alber. in dict. l. pater, col. final. di-
cens, quod ita obtinuit coram maximis viris, & eſt com-
munis, ſecundum Ioan. Oroſ. in l. cum in eo, n. 1. ff. de pact.
ſed Azo in hoc articulo variat, ut refert Salycetus in dict.
authentica minoris debitor, ſub. n. 9.

Quare in hac controverſia, & conflictu opinionum
ita diſtinguendum eſt, quod aut teſtator, qui dedit, &
reliquit tutorem, ſciebat, ipſum eſſe debitorem, vel cre-
ditorem pupilli, & tunc poteſt eſſe eius tutor, quia fides
eius videtur approbata, aut ignorabat, & tunc vera eſt
opinio gloſſarum, quod non poſſit eſſe tutor, quia non
poteſt videri approbaſſe fidem eius, quem talem igno-
rabat, argumento l. mater decedens, ff. de inofficioſ. teſtam.
cum ſimil. Et in terminis, ita probat late poſt Guiliel. de
Cugn. Bartolus in dicta authentica matri, & aviæ, num.
11. & 12. inde deducens, n. 13. quod ſi aliquis eſt creditor
pupilli ex teſtamento, in quo datus eſt tutor, puta quia
aliquid eſt ſibi relictum, propter hoc non prohibetur
à tutela, vel cura, quem ſequitur ibi Bald. num. 3. Salycet.
nu. 9. & Angel. dicunt communem, Bald. in dicta l. cum
in eo, num. 3. & Angel. in dicto §. finali, colum. 2. nu. 4. ubi
etiam, quod ſic communiter obſervatur d. authen. tutor,
& Auguſt. Bero. quæſtio. 49. colu. 2. ubi eam late probat,
dicens eſſe veriorem, & æquiorem, & ſequitur Antoni-
us Piagius de tutor. & curat. quæſt. 3. n. 14. & 15. Et eſt re-
ceptior ſententia ſecundum Caldas, ubi ſupra, nempe in
dicta l. ſi. curatorem habens, in ſecunda parte tractatu de
reſtitutione in integrum ſuper verb. ſine curatore conſtitu-
tus ſub. num. 105. ibi, ſed receptior eſt, pag. 1131. Et hæc de
iure communi.

Iure tamen Regio per noſtram l. 14. tit. 16. partita 6. in
verſiculo fueras ende. ſecunda opinio prædicta affirmati-
va videtur indiſtincte approbata, dum dicitur, fueras en-
de ſilos padres eſt ablecieſſen en ſu teſtamento que los guar-
daſſen, nihilominus tamen ex mente eiuſdem l. Regiæ, &
iuris communis, & ex ratione eorum, qui hanc opinio-
nem tenuerunt, videtur limitanda, ut intelligatur, dum-
modo pater notitiam debiti habuerit: ſecus alias, id eſt,
ſi ignoraverit: tunc namque etiamſi pater reliquerit de-
bitorem, vel creditorem pupilli eius tutorem, vel cura-
torem, nihilominus talis eſſe non poterit, quia militat
tunc adhuc ratio prohibitionis iuris communis, & Re-
gii. Non enim videtur pater approbaſſe fidem eius, quẽ
talem eſſe ignoravit, ut ſupra dicebamus, ac proinde præ-
dicta diſtinctio erit etiam obſervanda ad noſtram l. Re-
giam, & iuxta eam erit intelligenda, ut viva ratione pa-
tet. Et ita bene placet Gregor. Lopez ibidem in gloſſa, en
ſus teſtamentos ibi, bene tamen placet, & ſequitur Molina
Theologus de iuſtitia, & iure, ſecundo tractatu, diſputat.
224. col. 1366. in verſic. utrum autem.

Satis tamen eſt, † aliunde ſufficienter conſtare de ſci- 7
entia teſtatoris, quam ex verbis teſtamenti, ut cum Gre-
gorio Lopez alios allegante, & tenet Caldas, & Molina,
ubi ſupra, & eſt de mente ſcribentium fere omnium
communiter (excepto Salyceto in dicta authentic. mi-
noris debitor, num. 9. ad fin.) cum Guilielmo de Cugn.
qui hoc idem voluit, dum dixit, maxime ſi teſtator de
credito in teſtamento mentionem feciſſet, ergo idem eſſe
innuit, etiam ſi aliter ſciverit, ut probat, & tenet Beroius
dicta quæſtio. 49. n. 1. in verſiculo, & quod qualibet, uſque
ad finem quæſtionis, ubi etiam quod Saly. qui aliud voluit
habuit verba Guiliel. de Cugn. corrupta in ſuo libro, &
aliter ſe habebat, & ꝙ eſt præſumendum, Salycetum ali-
ter dicturum fuiſſe, niſi eius liber mendoſus ſtetiſſet.

Si tamen † ſufficienter non conſtaret de hac ſcientia 8
teſtatoris ex teſtamento, vel alias, præſumendum eſſet
patrem id ignoraſſe ex regula iuris, quæ habet, ſcienti-
am non præſumi, niſi probetur, ac proinde debitor, vel
creditor

creditor pupilli vel adulti non poterit eſſe eius tutor,
vel curator teſtamentarius, per ſupra dicta.

9 Quarto † obſervandum erit, iura prædicta, & noſtrã
l. Regiam habere etiam locum in fideiuſſore debitoris
pupilli, quia ipſe debitor eſt, ut in l. & magis, ff. de ſoluti-
one ac proinde tutor, vel curator eius eſſe non poteſt.
Ita tenet Angel. in dicta authent. ut hi. qui oblig. prope fin.
princip. dicens ita fuiſſe iudicatum, Aretin. 1. notab. &
Iaſ. colum. 1. n. l. ſi fideiuſſor. ff. de legat. ubi dicit hanc eſſe
magnam determinationem, ſi vera ſit. Et tenet idem Ia-
ſo. in l. 1. n. 49. ff. ſi cert. pet. & ibi Decius in 1. lectura, n. 30.
& Curt. Iunior n. 80. Alciat. 42, & Purp. n. 48. Ex quibus
hæc videtur eſſe communis opinio.

10 Quinto, † quod ſi filius tutoris, aut curatoris debi-
tor, aut creditor eſſet minoris, & pater haberet uſum-
fructum in bonis talis filii, non admitteretur ad tutelam,
vel curam, ſecus ſi uſufructuarius non eſſet, ut cum Ang.
& Gregor. Lop. probat Molin. ubi ſupra.

Fallit † tamen regula præmiſſa noſtræ l. Regiæ, & iu-
11 ris communis in matre. Eius namque tutela, & ſi debi-
tum inter ipſam & filios quoquomodo vertatur, non
ideo minus admittitur, debito in ſua natura durante,
text. in rubric. & nigro in authen. ut ſine prohibit. mat. col-
latione, 7. & in authentica ad hæc C. quando mul. tut. of-
ficio fung. poſſ. Anton. Piagius de tutor. & curator. quæſtio-
ne 3. n. 16. ubi loquitur etiam in avia poſt gloſſam primam
in dicta authentica adhæc, per textum ibi, ſequitur Gre-
gorius Lopez in dicta lege 14. in gloſſa, deudores, ibi, item li-
mitat gloſſa, ubi etiam cum gloſſa in corpore, & commu-
niter Doct. ibidem, limitat etiam in patre, & avo paterno
vel materno, propter affectionem, quæ ſuſpicionem
tollit: & ibi quoque limitat in filio, qui poteſt dari cura-
tor patri mente capto, vel furioſo, ſecundum Guilielm.
de Cugn. in dicta lege cum in eo, ff. de pact. & Salycetum in
dicta authentica minoris debitor, colu. 1. ubi quod ſi filii
eſſent plures. Et addit Gregor. Lopez, quod in fratre
debitore non limitaretur, ſed in eo procedit prohibitio
iuris. ſicut in extraneo: Tandem quærens, an pater re-
pellatur à tutela, eo, quod eius filius ſit debitor, vel cre-
ditor minoris, reſolvit cum Angel. quod ſi prædictus fi-
lius eſt emancipatus, vel in poteſtate, & ad patrem non
ſpectat uſusfructus, poterit eſſe eius tutor, ſecus autem
ſi uſusfructus ſpectaret ad patrem.

12 Filius † autem bene poteſt eſſe tutor, licet pater ſit de-
bitor, vel creditor, ſecundum eum. Et quod prædicta re-
gula non procedat in matre, & avia, tenet Matthæus de
Afflictis deciſione Neap. 207. Secus in cognatis, ut per
Plotum de in lit. iurand, §. 9. n. 9. & Caldas in loco ſtatim
citand. & Molina ubi ſupra, qui idem probat cum com-
muni in patre, & avis, tam paterno, quam materno,
nempe, ut non repellantur à tutela.

13 Fallit † etiam prædicta regula, quando debitum eſſet
modicum arbitrio iudicis, argumento eorum, quæ conge-
rit Palat. Rub. in repetitione rubricæ de donat. inter vi-
rum, & uxorem, §. 11. n. 13. Ita in terminis tenet gloſſa in
dicta authentic. ut hi, qui oblig. in principio, verbo, gerens
obligatum, Baldus in dicta l. cum in eo. n. 2. ff. de pact. Ti-
raquell. in tractatu de iudic. in rebus exig. pag. 61. verſi. 33.
& Anton. Piag. de tut. & curat. quæſt. 3. num. 19. Caldas Pe-
reyra de reſtitutione in integrum, 2. parte, pagin. 1131. verſ.
extenditur Molin. Theolog. ubi ſupra, & Greg. Lopez alios
allegans in dict. l. 14. in gloſſa deudores, in principio, titulo
16. par. 6. ubi cum Bald. limitat, niſi ante tutelam delatã
eſſet iam lis ſuper debito, quia magnum videtur ex eo,
quod ſit de eo magna lis inter partes, & Moli. ubi ſup.
d. col. 1366. in princ. Quod non placet, ſi revera debitum
eſſet parvum, quia lis non poteſt dici magna, niſi reſpe-
ctu eius, ſuper quo litigatur.

14 Vnde † lis non excuſat à tutela, vel cura ſuſcipien. niſi
forte de omnibus bonis, vel de hereditate controverſia
ſit, textus in §. item propter litem, Inſtit. de excuſ. tut. l. 2.
tit. 17. partita 6.

In † eadem l. Regia, ibi, Otro ſi no podria ſer guardador
de huerfanos el que fueſſe obligado al Rey por razon que 15
oviesſe tenido, o tuvieſſe ſus cilleros, o ſus heredades, o otras rẽ
tas de que le oviesſe à dar cuenta &c. Mol. ubi ſup. col. 1367.

Dubium ſe offert, † circa praxin, & intelligentiam
horum verborum, quæ concordant cum l. antepenult. & 16
ibi gl. ff. de confirmatione tutor. tex. etiam in l. ſin. C. qui
dar. tut. &c. an intelligantur de colono privatæ rei prin-
cipis, non vero de conductore prædii fiſcalis: hic namq;
non removetur à tutela per l. coloni, C. de excuſ. tut.

Sed verius eſt, ut indiſtincte noſtram legem Regiam
intelligamus in utroque, nempe, ſive ſit conductor pri-
vatæ rei principis, ſive conductor prædii fiſcalis: tum
quia noſtræ ll. partitarum communiter accipiunt atque
promiſcue res privatas Regis, & res fiſcales, cum de eis
loquuntur, tum etiam, quia eadem ratio prohibitionis
militat in utriſque, ſaltem in caſu iſto propter damnum
pupilli, ſi res tutoris obnoxiæ eſſent Regi vel fiſco, ut
tradit gl. d. l. penul. Et in terminis ita tenet Gregor. Lo-
pez in d. l. 14. in gl. obligado al Rey, ubi reſpondet ad dictã
l. coloni, ut procedat, quando conductor prædii fiſcalis,
vel patrimonialis nihil ex hoc deberet fiſco, vel Regi, &
non alias. Quod etiam videtur probari in d. l. 14. ibi, de
que oviesſe à dar cuenta, & ſequitur Molina, ubi ſupra
quamvis videatur contra generalitatem dict. l. coloni,
ibi, ideoq; iniuncta tutelæ munere fungi debet: Nihilominꝰ
tamen diſpoſitionem d. l. Regiæ Hiſpan. ſervare tene- 17
mur. Et † contra tutor durante tutela, non poteſt vecti-
galia conducere, tex. in l. unic. C. ne tutor, vel curator ve-
ctig. conduct. & ibi Bart. & Alber. in rub. Greg. Lop. in d. l.
14. in gl. obligado al Rey, in fin. Baeça de decimis tutorum
c. 2. n. 119. Firmian. de Gabell. 3. par. n. 7. Girond. de Gabell.
3. part. n. 16. ubi hoc verum intelligit, dummodo ne Re-
giarum gabellarum fuerint conductores ante curam †
& tutelam ſuſceptam: nam tunc temporis bene poterunt 18
conduct. proſequi, & non prohibentur ea uti, quia faci-
lior eſt retentio, q̃ acquiſitio l. fin. ff. unde liber. & ſemper
cauſſa de præterito inſpicitur, ut late alias probavimus
ſupra. l. 3. tit. 5. lib. 7. nov. collect. Reg. lib. 4. pract. quæſt.

Quinimo † nec conductores gabellarum excuſantur
à tutela, l. ſpadonem §. qui vectigal. ff. de excuſatione tutorũ 19
& ibi Bart. & doctor. gl. in leg. ſemper, §. conductores, in
verbo non obſtringuntur, ff. de iur. immun. Bart. in leg. uni-
ca, n. fin. C. ne tut. vel curat. &c. Gironda ubi ſupr. n. 17 ubi
allegat gl. contrariam in d. l. Coloni, verbo, civilib. in fi. C.
de excuſatione tutorum, cuius ſententiam inquit hodie
probatam eſſe iure Regio in c. 22. 23. & 33. in novis Ga-
bellarum punctuationibus, ubi noviter diſponitur, ꝙ
gabellarum conductores, tam à tutelis, quam ab hoſpi-
tibus excuſationem habent, & voluit fortaſſe l. 14. ibi, ob-
ligado al Rey, tit. 16. part. 6. & ibi Gregor Lop. & Laſſar-
te in addi. ad c. 18. de deci. vendit. n. 11. quicquid aliud de
iure communi eſſet per l. ſpadonem, §. qui vectig. ff. de ex-
cuſ. tut. Hoc tamen verum intelligit Laſſarte de princi-
palibus debitorum Gabellarum, non vero de minorib.
ut ibi per eum. Imo ipſi tutores, & curatores Gabellas
conducere prohibentur, ut in tit. C. ne tut. vel cur. vectig.
conduc. ubi notat Bald. quod ſi de facto conducant, falſi
pœnam incurrunt, eo ꝙ bona ſua plurib. in ſolidum ob-
ligent, ꝙ eſt ſpeciale in hac materia, quia in alia crimen
ſtellionatus committitur l. 3. ff. de crim ſtellio. refert, &
ſequitur Matth. de Affl. & cum eo Laſſarte ubi ſupra.

In † textu Regio, ibi, Otro ſi no puede ſer guardador de 20
huerfano el cavallero mientra biviere fuera de ſu caſa ſer-
vendo al Rey o otro ſu Sennor en ſervicio de cavalleria. Ad-
de hoc procedere, et ſi ipſe miles velit eſſe tutor, vel cu-
rator ut adhuc nõ poſſit, nec ſi legitimꝰ ſit, teſtamentar.
vel alio modo datꝰ, iuxta textũ. l. mil. armat. C. q. dar. tut.
vel

vel curator poſſ.tex.in §.idem,& in milit.Inſtitut.de excuſat.tut.

In textu,†ibi, nin el que fueſſe occaſſionado: veluti lu-
21 minibus captus,l.luminibus,C.qui dar.tut.l.1.& 2.Codic. qui morboſe excuſ. lib. 10. ſecus ſi oculum tantum amiſiſſet.l.frater,C.de excuſat.tut.

22 In text. †ibi, o embargado de ſu perſona, o en otra manera de guiſa que no pudieſſe en tender ni traba jarſe en pro de ellos: Adde tex.in §.item propter adverſam valetudinem inſtit.de excuſat. tut. Et hæc noſtra lex intelligi debet de morbo perpetuo: nam in temporali interim datur curator, juxta gloſſ.in dict. §. item propter, ibi,ſed furor non excuſat.ſed interim curator datur.Ita notat atque noſtram legem intelligit Gregor. Lopez in d.l.14. gloſſ.final.tit.16.part.6. & eſt expreſſa de hoc l.13. ſupra eodem tit. ad fin. ibi:o ſi enfermaſſe ca eſtonce pueden le dar otro guardador, &c. ut diximus.

23 Excommunicatus † etiam tutor eſſe non poteſt, ſecundum Philipp. Decium in c.intelleximus,n.56.de judic. Cum enim ei non communicemus interponere auctoritatem, nequiret eſſe tutor vel curator, ſecundum Lanfrancum in cap.quoniam contra c.4.nu.17.de probat.prout eos refert & ſequitur Antonius Piagius de tut.& curat. quæſt. 3. num. 26. Hæc autem ratio tantum obtinet in publice excommunicato nominatim & denuntiato, & in notorio clerico percuſſore, cum quibus tantum communicare prohibemur: non vero in eo excommunicato, qui nominatim excommunicatus non ſit, neque denuntiatus, juxta Concilium Conſtantienſe Martini quinti, de quo in extravagant. ad vitanda ſcandala, ut late declaravimus lib.1.canonicarum quæſtionum, capit. primo per totum. Vnde ratione ceſſante occulte excommunicatus, vel etiam publice, non tamen denuntiatus tutor vel curator eſſe poterit.

24 Similiter † non habens teſtamenti factionem, tutor eſſe non poteſt, lege teſtamento tutores, 21.ff. de teſtamentis tutorum, ubi inquit textus, teſtamento tutores ii dari poſſunt, cum quibus teſtamenti factio eſt: ergo à contrario ſenſu, qui non habet teſtamenti factionem, tutor eſſe non poteſt. Quod intelligit gloſſa unica, ibi de teſtamenti factione paſſiva, id eſt, qui capere non poſſit ex teſtamento: ſecus de teſtamenti factione activa, ut in filiofamil. qui iure communi teſtari non poteſt, & tamen poteſt eſſe tutor, textus in principio Inſtitut. qui teſtament.tutor. Philipp. Corneus conſilio 17.num. 14.libro ſecundo. In his enim, quæ publici iuris ſunt, non curamus de patria poteſtate, l.nam quod, §. final. ff. ad Senat. conſult.Trebell.l.filiusfamil. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. & illa eſt communiter à DD. recepta, ſecund. Ant. Piag.de tut.& curat.quæſt.3.n.32. Mulier etiam, & alii
25 prohibiti, de quibus egimus ſupra, licet † habeant teſtamenti factionem paſſivam, tutores eſſe prohibentur. Alia ratione ſervus quoque, cum primum tutor aut cu-
26 rator ſine libertate † à domino filiis ſuis relictus eſt, libertatem conſequitur favore pupillorum, ut habetur in leg.pen.§.cum igitur,C.de neceſſ.ſerv.hered.inſtit. leg.7. tit.16.partita 6. ubi diximus. Vnde hac ratione, quod remaneat liber, tutor eſſe poteſt, non quod tanquam ſervus ſit capax huius officii, ut in dicta lege penultima, §. cum igitur ita Ant. Piagius, ubi ſupra.

27 Qui cauſſam mutaverit, † ut puta datus à patre, qui de amico factus inimicus, aut ex divite factus eſt pauper non eſt confirmandus, textus in lege pater heredi, §. fin. ff. de teſtamentis tutorum. Et quod ob inimicitiam inter patrem minoris, & tutorem, & curatorem contractam adminiſtratio removeri poſſit, tradunt Bartol. & Doctores in leg.tutor.§.ſi tutor, ff.de ſuſpect. tutor. ſequitur Socin.junior conſ.59.circa 1.dubitationem,n.39. lib.3.& Anton.Piag.dict.quæſt.3. n.34.

28 Repellitur † etiam à tutela & cura adverſa valetudine impeditus, & ſic, qui non eſt idoneus facultatibus ſuis quidem, pro animi, aut corporis valetudine adminiſtrandis, l.2. §. is illud C. quando mulier tutor. offic fung. poteſt, tradit Soci.jun.conſ.16.viſo themate.n.25.lib.2. Ant.Piag. ubi ſupra n.58.leg.13. ad fin. tit.16.partita 6. ibi, o tal que oviesſe de ver tanto en lo ſuyo que no pudieſſe alinnar los pies del huerfano. Sed illud de adverſa valetudine impedito intelligi debet, ut prædiximus, n.22.

Iudæus etiam † repellitur ſaltem hodie à tutela Chri- 29
ſtiani, ſecund.Bart.in rubr.n.2.ff.de juſti.& jur. ne pravis moribus pupillum & iudaicis ſuperſtitionibus erudiat. Et quamvis Fulgoſ. & Mart. Laud. in d. rubr. contrarium probent ex tex.in l.ſpadonem, §.jam autem & ibi gl.verbo, non Iudæorum, ff.de excuſ.tut. nihilominus tamen opinionem negativam Bar. veriorem eſſe, atq; eam plures ſequuntur, conſtat ex Covar.in Clemen.furioſus,1.p.relect.§.2.nu.7. in verſ. ſed quæritur an Iudæus de homic. & Io.Oroſc.in d.rubr.& de juſti.& jur.num.7. Ex quibus hæc communis ſententia appellari poteſt. Inter tutorem namque & pupillum, curatorem & adultum adeſt nimia familiaritas, quæ interdicta eſt Chriſtianis cum Iudæis, tex.in c.adhæc, & in cap.nullus, 28. quæſt.1. ita Piagius, dict.quæ.3.n.60. Neque obſtat dict.§.jam autem, quia loquitur ſecundum illa iura antiqua, non vero ſecundum iura hodierna, cum tutor iurare debeat tactis Evangeliis, quod non præſtaret Iudæus ut in auth ut hi, qui obliga.§.fin.collat.6. Ita reſpondet Barto. ubi ſupra cum quo tranſeunt ceteri.

Maritus etiam † & ſi rebus uxoris ſuæ debeat affecti- 30
onem, attamen curator ei creari non poteſt, l.2. incip. maritus, C.qui dar.tut. &c. virum, ff.de curator.furioſ. Sic etiam datus curator nurui ſuæ poſt contractas † nu- 31
ptias, debet ſe excuſare, ne incidat in infamiam, l.licet 17. C.de excuſat. tutor. gl. in d.l.2. ubi aſſignat rationem ad dict.l.2. quia ſi male gerat vir, uxor propter affectionem remitteret. Et deciſionem d.l.2. cum prædicta ſua ratione approbat expreſſa lex tertia, ad fin. tit.17. part. 6. in hæc verba, E ſobre todo dezimos, que el marido non deve ſer dado por guardador de los bienes de ſu muger que fueſſe menor de edad porque ſoſpechamos que la muger por amor que ha à ſu marido, no le demandaria en mienda del daño, o del menoſcabo que fizieſſe en ellos e que gelo perdonaria todo de ligero: E por ende deve pedir el marido al juez que de à los bienes de ella otro guardador que ſea ſin ſoſpecha.

Ex quibus iuribus conſtat, non tantum maritum excuſationem habere à cura uxoris ſuæ, licet ei ſe immiſceat, ut in §.iidem reſcripſerunt Inſtitut.de excuſatio.tutor. ſed etiam eum curatorem eſſe non poſſe uxoris ſuæ ut patet ex dict.l.2 ibi, attamen curator ei creari non poteſt, & d.l.Regia, ibi, Non deve ſer dado por guardador de los bienes de ſu muger, &c. Quæ verba ſunt prohibitiva ob damnum minoris evitandum, non vero ſunt dicta ob favorem tantum mariti, ut innuebatur, in d.§. iidem reſcripſerunt, cuius diſpoſitio intelligenda & amplianda eſt iuxta deciſionem d.l.2.& noſtra leg. Regia: nempe, ut non ſolum maritus excuſari poſſit à cura uxoris ſuæ minoris 25. annorum, ſed quod etiam eius curator eſſe non poſſit, licet velit, ob prædictam rationem.

Non tamen prohibetur † maritus dari curator ad li- 32
tem uxori ſuæ, quia ceſſat tunc ratio dictarum legum. Et ita in praxi ſervatur ſecundum Bald. in leg. prima, in fin.ff.de excuſatio.tutor. quam ad hoc refert, & ſequitur Gregor. Lopez, in dicta l.tertia, gloſſ.fin.tit.17.part.6. ubi limitat, quando lis, ad quam maritus datur curator, eſſet magni præiudicii, quia tunc forte ex ratione, ibi poſita, Porque ſoſpechamos, &c. idem dici debet, quod de curatore bonorum, prout etiam voluit Salycet. in dicta lege maritus.

Deinde † an vitricus poſſit eſſe tutor ſui privigni, magna 33
contentio eſt inter noſtros Dd. quod late diximus reſolventes

ventes quid tenendum ſit, ſupra cap.8.num.77. cum pluribus ſequentib.in verſic.ſupereſt nunc, ut videamus, &c. Ideo ad ibi dicta lectorem remittimus.

34 Ulterius † ex dicta l.3.in fin.tit.17.part.6.ibi, e por ende deve pedir el marido al juez que de a los bienes de ella otro guardador que ſea ſin ſoſpecha, deducitur manifeſte, quod per contractum matrimonii minor non efficitur maior, ad hoc, ut liberetur à curatore, quem antea habebat. Idem probat Roderic.Suarez.in l.9.tit.11.lib.1.fori,§.nota ulterius, probat latiſſime iuri communi, & Regio Joan.Parlado lib.1.rer.quot.c.12.per tot.& Greg.Lopez, in l.3.tit.15.part.2.

Pro contraria tamen parte ſolet allegari l.6.tit.7.part.7.ibi: eſto es por que el huerfano deſpues que es caſado trae ſu muger à ſu caſa, e non recibe embargo ninguno en demandar cuenta a ſu guardador de todos ſus bienes. Ex qua lege hanc ſecundam partem probant Didac.Perez. in l.5. tit. 11.lib.4.ordin.col.1522. dicens, quod de ſtylo huius regni hodie non ſervatur, quod requiratur ætas 25.annorum, cum matrimorium ſuppleat ætatem, ut in d.l.6.& præterea conſtat ex verbo, poſito, in l.47.Taur. ibi: en todas las coſas para ſiempra. Et ſic, quoad omnia, quæ ei inducunt ſubiectiooem & impedimentum adminiſtrationi rerum ſuarum ſuæque familiæ, extendi debet, & cum præſit familiæ per matrimonium, non eſt æquum, nec decens, ut aliis ſubiiciatur, & ideo poſt velationem ſunt ei reſtituanda omnia cum uſufructu, ut in l.48.Taur. Et tandem pro hac parte allegat D. Seguram in l.unum ex familia, §.ſed ſi fundum, num.24.verſic.3.quod ætatem, ff.de legat.2. Et inquit ultimo Didac. Perez. quod ita pluries vidit in hoc regno hanc quæſtionem à iudicibus diffinitive deciſam. Eandem opinionem voluit Monteroſo in ſua praxi, ſexto tratado de eſcripturas publicas, fol.121.col.1.ad fin. & Molin.Theolog.etiam ubi ſupra de juſtit.& jur.2.tract. diſp.221.col.1368.in verſic.hæc tamen hodie, & Baeca de inobed.debit.cap.14.num.4. Nihilominus tamen prior ſententia verior, & tenenda eſt in praxi ex d.l.3.tit.17.part.6. quam forſan non vidit Didac.Perez. aut ſaltem eius non meminit, quæ expreſſior eſt, quam d.l.6. in contrarium allegata, cui reſpondet Parlad. ubi ſupra tenens expreſſe contra Didac.Perez. Et meo iudicio nihil obeſt dict.l.6. dum dicit: e non eribe embargo ninguno en demandar cuenta a ſu guardador de todos ſus bienes, &c. quia non dicit: ante ætatem legitimam 25 annorum, nec illa lex de hoc agit, ſed principaliter de pœna adulterii, quam incurrit tutor, qui ſuam minorem filio proprio in uxorem dedit. Hoc namque limitat ibi textus, quando curator minoris, cum dedit maritum filiæ ſuæ, quia minor, poſtquam matrimonium contrahit, ducit mulierem in domum ſuam, e no recibe embargo ninguno en demandar cuenta ca ſu guardador de todos ſus bienes: lo que no pudiera hazar tan literamente la huerfana deſpues que fuere caſada con el o con ſu marido, ut alias dicebant Dd.in l.curatorem,C.de interdict.matrim. Unde intelligi debet lex illa juxta alia iura, quibus cautum eſt, curam minoris finiri, 25. ætatis ſuæ anno, ut in l.12.ad fin.& in l.13.hoc tit.16.part.6. Nec contrarium expreſſit d.l.6. Unde non fuit eius mentis corrigere in hoc deciſionē generalem dictæ legis 12. & 13. nec id voluit, ſed tantum, quod ipſa ſonat, ut prædiximus. Correctio igitur nullo modo eſt inducenda, præcipue in leges partitarum, niſi expreſſe fiat, ut alibi diximus. Et quod ad praxin attinet Rodericus Suarez. ubi ſupra, aſſerit, quod in practica non vidit huc uſque obtentum filium, vel filiam per matrimoniam cenſeri maiorem, quod autem in contrarium affirmat vidiſſe deciſum Didacus Perez. Forſan ſic contigit parte non opponente, vel de facto. De iure namque nullo modo minor per contractum matrimonii liberatur à cura, ſed quidem mulieri carenti curatore, debet peti à marito, ut detur curator ſine ſuſpicione, ut in d.l.3.in fin.tit.16. nulloque jure cavetur, quod per contractum matrimonii liberetur minor à cura ſibi proviſa ante vigeſimum quintum annum. Fateor, ſæpe me vidiſſe, curatores ipſos rationem reddere minoribus; qui matrimonium contraxere ante ætatem legitimam, & maritis earum. Hoc autem ſponte fit, & plerunque cum ſecuritate indemnitatis, non vero coacti curatores hoc faciunt, nec poſſunt inviti ad hoc compelli in contradictorio judicio per prædicta. Sed imo eſt textus expreſſus in contrarium, qui hanc quæſtionem dividit & dirimit, in l.1. verſic.apparet, juncta l.2.ff.de minoribus, quorum verba ſunt hæc: apparet minoribus viginti quinque annis eum (hoc eſt, prætorem) opem polliceri. Nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem conſtat. Et ideo hodie in hanc uſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur: nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debet, quamvis bene rem ſuam gerentibus. Sequitur l.2. nec per liberos ſuos rem ſuam maturius à curatoribus recipiant: quod enim legibus cavetur, ut ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur, ad honores Divus Severus pertinere ait, non ad rem ſuam accipiendam, quem textum ad hoc allegat Moran. in l. Regia Toleti, de los terminos, 6. fundamento, 2.part.ſub n.10. dicens, eum didiciſſe ab egregio, & erudito Doctore Benedicto de Caſtro cathedratico Primario in facultate Cæſarea Salmantica. Sed eſt alius expreſſior & clarior textus ad idem in l.3. incipit, cum proponas, C. de interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem, ubi fuit datus curator ſocer nurui ſuæ minori viginti quinque annorum poſt ſuſceptos liberos ex illo matrimonio, & probat lex, non ex eo vitiare matrimonium rite contractum, ſed tantum, ut omnis ſcrupulus auferatur, debet peti alius curator loco ſoceri; qui repetat rationem negotiorum, eo; quod fuerit ſubſtitutus.

Quod † ſi objiciatur, magnum incommodum mino- 35
ri manere ex eo, quod dicat, ſe non habere, unde oneribus matrimonii, & domeſticis impenſis ſuppeditare poſſit, reſpondebitur, curatorem minoris huiusmodi cogendum eſſe, ut adultæ vel adulto id poſtulanti juxta vires facultatum ſuarum alimenta, & ſumtus impertiatur, ut in l.curat.ff de adminiſtrat.tutor.& l.fin.C.de aliment.præſtant.l.aliment.ff.ubi pupill.educ.deb.l.20.tit. 16.part.6. eritque cauſſa ſummaria & locus appellationis non dabitur, ut in terminis tradit Parlad. ubi ſupra, numer.4. ad finem, ubi num.5. quod poterit etiam minor in hac ſpecie ſibi conſulere veniam ætatis à Principe impetrando: nam tunc temporis à poteſtate curatoris liberabitur, & per hoc rationes ab eo exigere poterit.

SUMMARIA.

1 Tutores & curatores variis ex cauſſis excuſantur.
2 Numerus quinque liberorum excuſat à tutela vel cura, in quo numero computantur liberi in bello amiſſi.
3 Numerus duodecim liberorum an excuſet à muneribus patrimonialibus & etiam à tributis.
4 Exactores ſive receptores reddituum Regalium, legati & judices excuſantur à tutela cura, & hi tamen excuſationem tutelæ ante ſuſceptæ non habent, ut in numero 5.
6 Profecturus longe in ſervitium Regis, vel cauſſa Reipublicæ excuſatur à tutela, vel cura pro tempore abſentiæ, interim tamen minores & ſua bona ſub cura alterius debet relinquere, qui bene curet: reverſus tamen eos recuperat, & ſub cura habebit ſicut prius, excuſationem tamen habebit ab aliorum tutela vel cura per annum.
7 Lis magna ſuccedens inter tutorem vel curatorem, & minorem ſuper tota hereditate minoris, vel magna parte ejus, excuſationem præbet.